No. ....

PURCHASED FROM THE INCOME OF THE
JOSIAH H. BENTON FUND

800-
Γxyx'c
3424.E

CLAVDII GALENI PERGAMENI LIBER DE *plenitudine.*

¶POLYBVS de ſalubri victus ratione priuatorum.

GVINTERIO IOANNE *Andernaco interprete.*

¶APVLEIVS PLATONICVS DE HERBARVM *uirtutibus.*

¶ANTONII BENIVENII LIBELLVS DE ABDITIS *nonnullis ac mirandis morborũ & ſanationum cauſis.*

PROSTANT IN VICO *Iacobæo, apud Chriſtianũ VVechel, ſub ſcuto Baſileienſi.*

M. D. XXVIII.

GVINTERIVS IOANNES ANDERNACVS
Iacobo Omphalio Andernaco ſuo S.D.

COgitaram paucis hinc diebus, Iacobe chariſſime, calamum prorſus à ſcribendo retrahere, nihilq́; uel amplius commentari, uel in publicum mittere. Quorſum enim attinet tantis animum laboribus frangere, tot curis, uigilijsq́; angi, ubi tam malè fortuna reſpondet? Poterat certè me nunc ſtudiorum meorum, & propè dixerim uitæ etiam pœnitere, tam graui fortunæ percuſſum uulnere, niſi uirtus quædã animo meo inſideret, quæ noctes & dies illũ ad maiora ſtimularet. Nam quid hoc tempore me calamitoſius, quid infelicius excogitari poteſt? ὢς ὦ Ζεῦ, καὶ θεοὶ ἄτῃ συγκατέζευγμαι κακῇ. ποῦ γάρ ἐστιν ὁ τὰς μούσας ἡμῶν τρέφων; οἴμοι ἀπόλωλε. οὕτως Ἀτρείδῃ Ἀγαμέμνονι ἥνδανε θυμῷ. Fortes hactenus ad quæuis uitæ infortunia perferẽda fuimus, at in hoc caſu acerbiſſimo, quæ conſtantia, quæ uiuendi alacritas etiam uiro grauiſſimo ſupereſſe queat? Literæ & ſtudia multos animi dolores, aut extinguere, aut lenire ſolent: ubi uerò his ipſis præſidia tolluntur, aut exitium imminet, unde quæſo poſtea conſolationem capias? Nemini ergo mirum uidebitur, ſi muſæ noſtræ nihil magni, nihil memoria dignũ poſthac efficiant: quibus adhuc iuuenalis Mecœnas & altor iuuenis quoque, ſed conſtans tam ſubitò interijt. Proinde mi Iacobe, quicum mihi, utì ſtudia omnia, ſic dolor hic communis eſt, ne totum hoc qualecunq́; ingenium tot alioqui moleſtijs oppreſſum periret, GALENI commentarium DE PLENITVDINE, ipſe licet τῇ ἄκρᾳ ἀηδίᾳ laborem, è græco in latinum conuerti. Adhæc Polybi opuſculũ de ſalubri uictus ratione priuatorum, longè utiliſſimum. Quem laborem tuo nomini in hoc potiſſimum conſecrare uolui ut eſſet, quod mutuam noſtram conſuetudinem aliquando teſtaretur. VALE.

C. GALENI PERGAMENI LIBER DE PLENITVDINE,

Guinterio Ioanne Andernaco interprete.

QVemadmodum omnes ferè huius ætatis medici, nullũ quàm plenitudinis nomen in ore habent frequẽtius, ſic cuius vim magis ignorent, aliud in vniuerſa illorum arte non reperias. Plurimi ſiquidem ex illis qui reddere rationem poſſunt, & accipere, interrogantibus quid plenitudo ſibi velit, reſpondent non aliter, quàm ſi nomen ad aliquid relationem habeat: ſicut multitudo & paucitas. Hinc menſura ipſam comprehendere nemo poteſt. Quod enim huic multũ, hoc interim illi minus eſt. Deinde cum rem ipſam, ad quam plenitudo referatur, ex eis rogites, nõnulli quidẽ magis muti, quàm piſces fiunt: Alij tam multa, ea'q; parum cohærentia nugantur, vt vix quæ dicant poſſis aſſequi. Pauciſſimi verò multitudinem & paucitatem ex facultate ſeu potentia æſtimandam putant: cuius vocabulo quid ſignetur, ſi rurſus quęratur, hi prorſus tacent: alij qui pronunciare quid auſi fuerint, inter ſe non conueniunt. Bona illorum pars omnia potius, quàm potentiam interpretatur. Porrò ſi quis eò veniſſe eruditionis, ac ſapientiæ deprehenſus, vt facultatem effectricem, vel ſubſtantiã, vel cauſam eſſe dicat, rogetur poſtea, quidnam eiuſmodi aliqua ſit ſubſtãtia, quæ animal gubernet, nequaq̃ hũc in modum reſpondebit ad ea, quę nondum comperta habet. Verum, aut omnino tacebit, aut abſurdã adeò proferet orationem, vt tacuiſſe fuiſſet ſatius. Iterum ſi alius ex his qui tantum ingenij nactus, vt licet quæ poteſtatis ſit ſubſtantia ignoret: quòd autem ſit ex actionibus deprehẽdere ſe dicat: interrogetur an Aſclepiadis, eiúsque ſectatoꝝ & Methodicorum ſcripta de eo, quòd nulla in animantibus inſit potentia perſcrutatus fuerit, diſcuſſeritq;: apparet mihi ne quidem vtrum ab illis ſint dicta, cognitum habere. Cæterum, quòd inter illos ipſos nonnulli plenitudinem ex facultate tum æſtimari, tũ conſtitui debere negent, qui nullam eſſe affirmant, nemo haud dubiè ignorat. Qui enim fieri poteſt, vt ex habitu, qui plane non eſt conſideretur, conſtituatúrq;, cum ceu ad ſolas vaſorum capacitates multitudinem & paucitatem ſpectare contendant? Interdum ipſi minime omnium plenitudinis vocabulũ ſonant, nec ab ea aliquam euacuationis indicationem accipiunt, ſed à ſola meatuũ obſtructione quam στέγνωσις Græci nominant. Quam, quòd nemo illorũ pari modo recenſet, alibi demonſtrauimus. Iam verò tertius quidam alius chorus illorum reſtat, qui neq; norunt facultas ne aliqua ſit, an minus: neque ſe inquirere fatentur, verum ſignis quibuſdã euidenter apparẽtibus ex ægrotantis habitu, per longum vſum ſeſe inueniſſe dicunt. Hi ſi rogentur, quæ

tandem id genus exiſtant indicia, vaſorum, inquiunt diſtentio, tum rubor, totiúsq; corporis grauitas, poſtremò mouendis atq; extendendis membris pigritia. Nonnulli eorum & vlceroſum, & laſſitudinis ſenſum adiiciũt. Ad hæc otioſam vitæ prioris rationē ex liberaliore cibo potúq;, tum conſuetarum excretionum retentionem. In hac nanq; ſyndrome (ſic enim appellandam cēſent ſymptomatũ congeriem) venæ ſectionem ex vſu eſſe. Hi quidem igitur non ſolùm à ſe, verùm ab vniuerſis aliis hominibus etiam rationem auferunt, dum vſu & experientia reperta eſſe cuncta aſſerant. Alii rurſus, quemadmodum modò diximus ratione vtendum eſſe pronunciāt. Facultatem quoq; hi nullam planè eſſe, illi eſſe quidem, ſed eius eſſentiam à nullo cognoſci cenſent. Quo factum eſt, vt vix pauci facultatũ ſubſtantiam pronũciare audeant. Imò nec harum numerum, nec eſſentiam eandē omnes oſtendunt. Quinetiam ex illis, qui commentarios poſteris reliquerunt, quidam minore labore tanq̃ de vna potentia animal regente diſputāt, nulla ratione adhibita. Alii id probare conantes, plureis quàm vnam non eſſe aiunt. Proinde neceſſe eſt iam illum, qui in ægro corpore plenitudinē eſſe iudicet, à medicis Empiricis vt vocantur, & Methodicis, ſiue ad vires, ſiue ad vaſa multitudo reſpiciat, diſſēſiſſe. Atq; hic quidē cōtra Empiricos, & Methodicos ſermo in aliud tempus differatur. Illos nũc aggrediamur, qui ratione artem adminiſtrari docent. Ex quorum numero nōnulli huius tempeſtatis eò procedunt audaciæ, vt etiam ſectarum nomina ſibi imponant: ſcire autem nihil omnino poſſunt. Audire etenim frequenter licet plurimos coram ægris dicentes, hic homo plenus eſt: vena incidēda eſt. At vbi de ratione mentio inciderit, Empiricos ſe, vel Methodicos appellant. Sed quod diximus, ad rationales digreſſi, cum illorum pręcipuis manũ cōſeramus: qui ex potentia copiam æſtimant. Arguuntur enim hi neq; vtres, neq; culeos immodicè impletos vidiſſe, imò ne cibi quidē iuſto plus aliquando ſumpſiſſe, vt venter turgeſceret, neq; vrinam in veſica impendiò copioſiorem collegiſſe, aut ſtercus in aluo. Nam in huiuſmodi corporis ſtatu ſingula, quæ diximus, inſtrumenta ſic euidenter obſtruuntur, vt niſi deijciant ſuperfluũ, dolor hominem inuadat. Nō tamen idem extat ſenſus eius quod aggrauat, aut mordet, aut indicibili quadā qualitate cruciatũ affert. Nunquid audimus idiotas quoq; idem ſibi accidens citra eruditionis contentionem interpretari: vt nunc quidem tanquam alimentis quantumvis parcè aſſumptis grauentur, ſtringantur'q;: nũc verò quaſi mordeātur, ac penitus vulnerentur. At ſæpius vbi nō exactè, quid acciderit, poſſunt cognoſcere, plenum eſſe aiunt. Nullus ſiquidem iſtorum ſenſuum propter immodicā ciborum copiam, qua venter extentus, diſtentus'q; plurimũ eſt, idem apud homines illos apparet. Hinc eſt, quòd in huiuſmodi corporis conſtitutione ventrem rumpi metuant, cum nos eum vehementer intentũ conſpicimus.

Vbi verò grauari dicũt, attractum interim videmus. Hac ratione de veſica quoq; iudicabis. Siquidem alia diſpoſitio eſt eius quæ humidi plurimũ, alia illius, quæ parum continet, aut quæ grauatur. Atqui etiam excrementorũ nõ mediocrẽ prouentũ collegiſſe ipſam dũ nimis intenditur, quiuis nouit: dum grauatur paucũ adeò, ſed id craſſiſſimũ. Non eni impletionis tempus expectat: verùm protinus id, quod moleſtat, cupit reddere. Simili modo, vbi à qualitate ipſius mordetur, tunc etiam recrementum parit continuum. Itaque quum grauatur tanquam onere detento, non rectè malè habitam eſſe dixeris: copiam verò oneri eſſe, tunicam licet omnino non diſtendat. Iſta iam ſi huiuſce opinionis principes prorſus affirmant, illis qui contrà ſentiant, negantibus: vtrique denuo interrogandi ſunt, vtrum dolorem eundem veſica diſtenta adeò vt ruptionis periculum timendum ſit, & imbecillis vt recremento ſuſtinendo eſſe non poſſit, nempe grauata onere, & commorſa percipiat. Hic rurſꝰ qui ad lata vaſorum ſpatia plenitudinẽ ſemper æſtimant, ex facili cõſentiũt: qui ex viribus, quæſtiones huiuſmodi abominantur, ſuccenſéntq; varijs modis, ſurſum & deorſum renitentes, ne hanc eſſe plenitudinem concedant. Nos itaq; vtranque partem precibus à contentione ad concordiam adhortati ſumus: hos qui copiam non ad ambientis regionem vnquam reſpectum habere putant, quibus cum primum diſputationem incepimus, monentes veritati ne obſtreperent, memores particulas ex copia diſtentas doloribus affici: Illos qui hoc ſolum pacto plenitudinem conſtitui autumant, vt exuberantiam corpori, quod grauatur, onus eſſe permitterẽt. Iterum vtroſque manifeſtis indicijs reconciliantes, repetamus ſeorſum, qui ex viribus copiæ conſiderationem capiunt, idq; peritonęo rupto, ac præ nutrimenti abundantia dilatato: à rebúsque externis demonſtrationem ſumamus. Vtribus enim, & veſicis hoc accidit, imò nõnunq̃ dolijs ipſis, cum ſpiritus violentiam abundantia produxerit. Quęramus autem de his, qui ex pulmone ſanguinem propter vaſis rupturam, non ex ictu, vel ruina, vel alia quadã id genus extranea violentia extuſſiunt, an non putant immodicam illis copiam vas diſtendentem, cruciatum hũc cõciliare? Cæterum alios ſeparatim admoneamus, puerum vehementer puſillum idem oneris cum aduleſcente bono corporis habitu prædito ferre nequaq̃ poſſe. Quod enim puero, arbitror, fuerit grauiſſimũ, hoc aduleſcẽti leuiſſimum erit. Vtrũ igitur nec onus omnino, quod quis ferre nequit, nec copiam, quod grauat adeò, vocabimus? An onus quidẽ & grauitatem: plenitudinẽ verò nuncupari non permitttemus? Hoc modo, de dictione, non de re diſceptatio erit. At, quod ad alium modũ pertinet, ne homo quidem cenſendus eſt, qui ſe nunquã, viginti licet talenta ſcapulis eius impoſueris, grauari dicat. Nam ijs, qui ſeſe opinioni ſeruili veluti emanciparunt, nihil ſatis dici poteſt. Quamobrem pertinaces illos omittẽtes, imò ſi verũ opor=

tet dicere, hinc faceſſere iubentes, cum illo, quicunq; ingenuus, & veritatis amator extiterit, diſſeramus. Duas igitur plenitudinis notiones, & habitus ſubiunxim9. Partim vt ad vires, & facultatē ſuſtinentis eam. Partim quaſi ad locum continentem. Atq; his ſubiectis, tū quot vniuerſæ animalis ſint facultates, tum qua ratione cuiuſq; plenitudinem vel cognoſcemus, vel curabimus, deinceps inſpitiamus. Inſuper quot in ſumma humorum ſpecies exiſtant qui vel grauant vires, vel in vaſis non contineantur. Cōuenit enim hic medicum eſſe inſigniter ſtudioſum, & excellentem, nō vt euidentia cōtemnat, quæ omnis demonſtrationis initia ſunt, ſed nihil admiratione dignum ignoret. Et hæc modò ſunt dicta ijs, qui operam parum ſeriam demonſtrationi collocarunt, nihil inuenerunt, nihil didicerunt, nihil exercuerūt. Adeò enim ſunt ſtolidi. Forſan igitur illorū quiſpiā cōmentarij huius lector factus ſperat me primùm hoc ſermone oſtenſurū, quæ eum nouiſſe oportet, qui de plenitudine exactè quid conſideraturus eſt: Dein iudicium eius & curationem traditurū: ignorans, ſi res tā arduæ vno libro doceri poſſent, artem longam non eſſe. Ego ſanè, quòd alia quædam in arterijs, alia in neruis & venis facultas inueniatur, in libris de Hippocratis & Platonis placitis abūde exequutus ſum. In eodem opere demonſtratum eſt, arteriarum potentiæ veluti fontem quendam eſſe cor: neruorum cerebrum: venarū iecur. Porrò in eo volumine, quod de Elementis ex Hippocratis ſententia inſcripſimus, indicauimus ſubſtantiā generationi, corruptelæq; ſubiectā, pro qualitatū quatuor ratione, putà humidi, ſicci, frigidi, & calidi per totā ipſam immutari. Præterea propriam corporis cuiuſq; ſubſtantiam in certa quadam harum temperatura conſiſtere. Huius rei gratia etiam facultatum animal gubernantiū eſſentia, temperamenti proprietas exiſtit. Oſtēdimus hæc in libro de Naturę facultatibus, necnon alibi priuatim. Quinetiam in pluribus commentarijs dicta ſubinde nobis ſunt vtriuſq; copiæ generis dignoſcēdi indicia: tum ſinguli ex vtroq; ſeorſum. Dico itaq; vtriuſq;, nempe virium ſeu potentiæ, & euchymatis. Vocant enim ſic alterum plenitudinis genus, cuius menſura ex loco continente ſumitur. Conſiſtit aūt non in animantibus ſolùm, ſed inanimatis itidem, velut pannis, crinibus, pellibus, vaſis tum fictilibus, tum æreis, ac ferreis, atq; huiuſmodi alijs, quę ex terra, argento, & ſtagno fiūt. Hęc etenim rumpuntur etiam, ſi multum ſpiritalis ſubſtantiæ intus in ſe concluſum habeant: niſi quis forſan id genus plenitudinē ex contentrice potētia pendere velit, oblitus ſententiæ, cuius antea meminimus in facultatis nomine, dicentes eandem eſſe cauſam effectricem. Nihilq; referre δραστικὴν an ποιητικὴν dicas græcè. Neq; verò ſi quis ſubſtantiam non eſſe cauſam quæ faciendi vim habeat, velit dicere, reclamamus. Illud tantùm in hoc ſermone obſeruari volumus, quod potentia effectrix dicitur, idē non valere paſſiuā eſſe, & materialē vel cauſam, vel ſubſtātiam

tiam. Quod ſi obſeruemus, liquet facultatem actionis cauſam fore. Neceſſitas autem exigit, vt actio ipſe quoq; ſit agentis ad id quod patitur motus. Quemadmodũ & affectus in patienti motus eſt, ab agente ad id quod patitur, perueniens. Potentia itaq; in relatione ad aliquid dicitur. Subſtãtia in habitu, qui ad aliud reſpectum habet, verſatur. At facere quodcũq;, aut agere in ſe, cum dixeris, præter intellectum eſt. Similiter & continere ſeſe. Qui enim maximè cõtentricem potentiam, ſicut Stoici inſtituerunt, continens diuerſum ab eo, quod continetur, faciunt. Siquidem ſpiritus eſſentiã continens: materiam quod continetur appellarunt. Hinc eſt, quòd aerem & ignem continere dicant: terram verò & aquam ab illis contineri. Quãq̃ nonnulli ex his, qui ſe nunc Herophileos appellant, hęc, cum ne per ſomnũ quidem audiuerint, ſumma pronunciant confidentia de naturali facultate: confitentes quidem ſe ignorare vtrum aer, aut ignis, aut vtrunque, lapides, ligna, & ſi quid eſt huiuſmodi contineat: affirmantes autem ſimpliciter facultatem quãdam eſſe, quæ huiuſmodi omnia comprehendat. Nã diſſolui poſſe, & diffluere, nullo ea contrahente, aut complectente. Poſtea rogati, nunquid in oratione, tali audeant vti axiomate, omnia eo quod continet opus habent, aut ſecus, ilico quidem & alacriter reſpondent, quæſtionem aſſeuerantes. At inde ad abſurditatem abducti, redeunt ad propoſitum, & indignãtur interrogantibus, tanq̃ ſuperuacaneis ſophiſtis. In vſu enim eſt apud huius ſeculi medicos, ſi quid aliud, vt de maximis diſciplinis ferant ſententiã. Reprehenſi verò doleant, corripientés q; ipſos ſophiſtas vocitẽt. Hoc igitur modo orationem in abſurdum quippiam decidere neceſſarium eſt, dum nos omneis res cõtentricem cauſam requirere contendimus. Iam tibi recẽſebo quęnam illa fuerit. Herophilei ſiquidem fatẽtur ſe ignorare, an ex his quæ ſunt aliquid, aut quę non ſunt eam debeant accipere. Si ex ijs quę ſunt, aliquid ſumũt, demiror virorum ſtoliditatem, quòd vnũquodq; eorum quæ ſunt, illorum quæ non ſunt operã deſiderare dicãt. At ſi illoꝝ quę ſunt, continendi cauſam ſtatuunt: recordẽtur ſe dixiſſe, omneis res cõtentrice cauſa indigere vt ſubſiſtãt. Accidet enĩ ita, vt & cauſa ipſa, alterius quoq; cauſæ quò conſiſtat, opem poſtulet. Et illa rurſus alterius, idque ſic in infinitum. Quod ſi res quaſdam aliam cauſam deſiderare, quaſdam ex ſe habere ad conſiſtendum, aiunt, primùm intelligant ſe nequaq̃ axioma, quod initio vt longè veriſſimũ propoſuerunt, obſeruare: Nempe res cũctas vt ſint, cauſam contentricẽ requirere. Dein prolixiſſima vtẽtes ratione cur quædam ea indigeant, quædam minus, vel qualia ſint ex his ipſis vtraque. Certè nec Herophileorum pleriq;, nec recentiores Stoici, quibuſcunq; argumentis ſpiritum & ignem ſemet, tum alia continere: Aquam atque terram ex alio continente pendere demonſtrant. Quàm etenim prompta imaginatione ac ſenſu euidente durum, rigidum, & denſum ſe continere dicatur,

ſtidem,rarum,molle, & cedens alterius poſtulare comprehenſionem. Iam verò cũ non ſolũ nullam cauſæ ſuę afferant demõſtrationem,ſed etiã inter ſe diſſentientes prorſus,contraria ponant,fidem ſibi adhibendã eſſe cẽſent. Nam aerem,& ignem, omnibus videlicet tenuiora,molliora,& quę faciliꝰ tractari poſſunt corpora,terrę duritiẽ & ſoliditatẽ parere dicũt,quaſi verò aliud alij aut poteſtatem, aut naturam, aut actionem, aut qualitatem eam poſſit communicare,quam ipſum nondum receperit. Atqui ignẽ non modò nihil continere,ſed omnia conſumere luce clarius eſt. Verũ contra Stoicorum opiniones multa alibi ſcripſimus. Nunc ad Herophileos reuertor. Atq; aduerſus hos in præſentia dixiſſe ſatis erit: anteſignano videlicet illoꝝ & pręſidi longè diuerſa accidiſſe, quòd in permultis adeò quæ prõptas demonſtrationes habeant addubitet: de alijs verò, quæ probabile nihil oſtendunt,quorúmq; falſa eſt hypotheſis, ſententiam proferat. Quin igitur his omiſſis rurſus dicamus, ꝙ diſtentio, & ex plenitudine facta ruptio vaſorũ ipſorum continentium,non facultatis illius affectus eſt. At grauitas ad ſenſibilem potẽtiam pertinet,nec id ſermone abſoluto. Naturalis ſiquidem potentię morbus grauitas non eſt. Quapropter ſi rectè in commentario de facultatibus naturalibus demonſtraui, vnam idoneorum attractricẽ eſſe virtutem, alteram illorum omnium retentricem, tertiam alteratricem, quartã, quæ alieni ſit ſegregatrix: alias quaſdam plenitudinis notas in ſingulis prędictis facultatibus quærere oportet,dum grauitas ſatis eſſe non poteſt. Non enim,quemadmodum malè affectus venter quæ grauant immodici ſenſus vitio non percipit, ita venæ,atq; arteriæ,non eundem ſed diuerſum ſenſum obtinent: an idem quoq; genus in neruis exiſtit pluribus verbis ad fidem faciendam opus eſt. Venarum igitur plenitudinis,vt virium notæ ſcientificę, in libro de pulſibus traditæ ſunt. Nouerunt aũt ex his planè nihil, qui nunquam non plenitudinis vocabulum vſurpant. Quanquam huius cognoſcendæ in venis indicia nec ipſe inueni, nec alterius ſcriptis adſequi mihi licuit. Quippe cum omnino nemo ante nos vel ipſas facultates ſcitè tractauerit. Pauca enim nimis Philippus, & Archigenes, abſolutè verò ne vnus iſtorum quidem,ſed præſens hic ſermo non de his ſolũ eſt,ſed de ſingulis etiam corporis particulis, vti iocinere,corde,renibus,colo,cerebro,& oſſe. Quæ igitur ex illis aut difficilem, aut nullum habent ſenſum, hæ nõ ſimili modo cum ventre,& veſica in ipſis recrementa ſentiunt. Quædam autem prorſus nihil,quædã aut omnino obſcurè,aut nihil. Obſcurè quidẽ nimium,vt in plenitudine immodica. Nihil,vt in modica. Quinetiam pulmoni,iocineri,& renibus grauitatis ſenſus interim innaſcitur. Etiam quis grauari os ſed obſcurè admodum percipit. In cerebro ſæpe non obſcura ſolũ grauitas,ſed manifeſta etiam apparet. Inſenſilibus particulis nullum nec grauitatis,nec alterius cuiuſpiam accidẽtis ſenſum videre licet. Ex oſſibus

quędam

quædam ſenſu carere vidētur, tum adeps, & quidam adenes. Adhæc medullæ omnes ex inſenſilium numero cenſentur. Cerebrum ſanè & ſpinalis quibuſdam autoribus ſenſu fruuntur. Quidam etiam carnem circa gibbas iocineris partes ſitam, quā Græci παρέγχυμα vocant, ſenſilem aſſerūt. Neq; enim omnino vſquam ei neruus inſeritur. Dubitaueris quoq; de illa quæ ſimis eius locis adiacet. Tam enī breuia ſunt, quę iocineris portis innaſcuntur vt membranæ eius ſolùm annexa videantur. Idem accidit in liene, & renibus, multò magis in pulmone. Atq; forſan, ſi quis in hiſce viſceribus grauitatis ſenſus exiſtat, non ipſorum viſcerum, ſed tunicarū membranarū'q; ea continentium eſſe dixeris. Præſertim quæ à pulmone, & iocinere ſuſpenſę ſunt, nec firmiter eis adhærent. Frequenter enim ægroti manifeſtā ſurſum ad clauiculam intenſionem quandam, vt in hepatis tumoribus, tū ipſius viſceris grauitatem ſentiunt. Nam vt totus eſt felix ille qui per omnē vitę ætatem hoc mali nunq̄ percepit, ita ſubinde oēs eo laborant. Dicit alibi Hippocrates: Renum dolor grauis eſt, quemadmodum pulmonis vitium. Dicta ſunt hęc ab omnibus ferè medicis, cum viſcera phlegmone correpta fuerit. Sed hoꝝ nihil pleriq; inquiſierunt, imò quidam neq; plenitudinem aliquando in vniuerſo animante eſſe poſſe, ſed vna quapiam particula, aut pluribus temerè pronunciant. Sed agè, ſi placet, omni dubitatione remota in certioribus exerceamur. Certius autem eſſe mihi videtur, rurſus à grauitate initium capere. Hæc enim ſenſoriæ virtutis copiæ euidentiſſimum eſſe ſymbolū apparet. Igitur verū ne eſt quod dicitur, grauitatem neceſſariò copiam ſequi, vel hanc illam præcedere? Non enim perinde eſt in oratione vel ſequi grauitatem, vel præcedere. Veritas etenim, cui humorum quorūdā abūdātia eſt in corpore, huic grauedinis ſenſum eſſe in illis videlicet particulis, in quibꝰ ſenſu pręditis plenitudo extiterit. At falſum eſt, vbi grauitas, illic humorum eſſe copiam. Fieri enim poteſt vt virtus imbecillis à ſolidis particulis grauetur, vt in paralyſi cōtigit. Nā muſculis totius mēbri ex neruorū reſolutione ad motum infirmis, grauitatis ſenſus paralyticis oboritur. Nō enī ſibi ipſi graue eſt, quod ægrotat, veluti muſculus, neruus denique aliud quodlibet corpus, particulas mouēs. Sed hæc affectio, quam grauitatem vocant, ex alio alijs aduenire nata eſt, ipſéque per ſe neruus, vel tendo, vel muſculus, vel id genus quippiam, vnde motus nobis adminiſtratur, īualidius, imbecilliúsq;, ac prius erat, fieri poteſt: Grauare autem ſe, nequaquam. Vbi igitur validius euadit, validas magis actiones q̄ antea obibit. Inualidius, imbecillas. Exempli gratia, muſculus, ſi hic eſt, qui crus mouet, ſanus vehementer illam membri partem, cui inſertus eſt, attrahet. Bono habitu præditus, vehementiſſimè: æger inualidè: viribus deſtitutus, obſcurè. Quòd ſi verò non muſculus ſed neruus eſt, qui muſculum ipſum mouet, illius viciſſim ſanitas, & morbus, bonus habitus & vitioſus hæc in

artubus

artubus expedient,quemadmodum de muſculo prædicauimus,ſimilia de ſpiritu,ſi is precipuè cruri motum tranſmittit,dicentur. Age igitur,ponamus perſpicuitatis gratia, à ſpiritu qui per neruos fertur,muſculũ moueri, à muſculo primum tibiam,cui inſertus eſt,dein articulum in genu, vbi femur cum tibia committitur. Vere ſiquidem in hiſce hypotheſibus dixeris muſculũ ipſum, membrúmq; totum,nempe tibiam ſpiritui inualido grauitatem adferre. Iam verò ſi neruum moueri à ſpiritu,à neruo muſculum, à muſculo rurſus tibiã ſtatuamus,ſpiritus imbecillis ab omnibus hiſce grauabitur. Quare nunc ex hoc ſermone liquet fieri non poſſe,vt quid primũ grauet,aut grauetur,dignoſcas:niſi quid primario quanq; in nobis particulam moueat antea compertum habeas. Sed iſta rurſum accuratius examinabũtur,vbi id,quo de ſermo fuit,collegerimus. Porrò hic quoq; vniuerſæ enarrationi ꝓpter claritatẽ adiungeť hypotheſis. Fingamus itaq; muſculũ ſeſe primũ, & tibiæ os mouere, vnde nunq̃ vel inualidiſſimus ſibimet grauis exiſtit. At tibia illum grauat:an aũt moueri ſolum cupientem,vel conquieſcentem,alterius non exiguę ſpeculationis eſt. Quippe cum id in libris de muſculorum motu diffinierimus. Quo incognito ad amuſſim nec diſpoſitionem,neq; locum affectum ex grauitatis ſenſibus pernoſces. Protinus enim quibuſdam vel membrũ vnum,vel etiam totum corpus, dũ mouere ſe volunt, grauatur:quieſcẽtibus autem nullus grauedinis ſenſus percipitur. Nõnulli quoq; ante motũ ſe grauari ſentiũt. Quis igitur vtrorũq; hoꝝ affect⁹ ſit,nulla ratione queas deprehẽdere, priuſq̃ mouentia corpora quæ'que mouentur in toto crure adinueneris. Siquidem neruorũ filamenta primum muſculos mouẽt:in his ſimul membranoſum genus,neruoſum & arterioſum:adhæc ligamẽta. Grauedinis equidem ipſorũ ſenſus, ex iſtis alijs'que omnibus,quæ in toto membro conſiſtunt,exorietur. Inſpiciamus nunc,diffiniamúſq;,quando functionẽ,motúmq; ſubeũtis membri,quando rurſus quieſcentis grauitas erit. At ſi ligamentorum in eo genus ſimul cũ carnoſo mouetur (hæc enim propriè muſculũ generant) ex hoꝝ neutro grauitatis ſenſus vnquã euenerit: verũ ex venis, vel arterijs, vel adipe, vel oſſibus quibuſdã, vel omnibus. Atqui manifeſtũ eſt,in huiuſmodi licet diſtinctionibus has dictiones, ex quibuſdam, vel ex omnibus, omiſerimus, lectores ſubaudire tñ ipſas oportere: ſcientes in hoc genus orationibus, coniunctiones non diſiunctiuas,ſed addiſiũctiuas eſſe. Vnde iã perſpicuũ euadit,vt quicũq; particulam plenitudine laborantem velit pernoſcere, is facultatum nos regentium:adhæc inciſionis, & naturæ omnium animantis partium notitiam habeat,eſſe neceſſarium. Inde ſiquidẽ inſtitutus quiſpiã plethoricę partis indicia aliquando forſan inuenerit. Si porrò quis veritatis nulla ratione habita,alijs ſtudeat imponere,quòd præter vulgum aliquantulum ſciat,ille quidem ex facili poteſt, modò Eraſiſtratum in primo de ſa

nitate tuenda tãtũ euoluerit. Nuſquã enĩ aliàs plenitudinis ſigna exponere aggreſſus eſt. Attẽdamus igitur animũ ipſius verbis, primũ ſanè vbi quæ tãdem plethorę (ſic enim vocat venarum plenitudinem) generatio ſit, explicat: deinde vbi notas, quibus eam cognoſcas, oſtẽdit. Itaq; generatio illo autore talis eſt. Si nanq; alimentũ diſtribuatur, nec eius appoſitio ſuccedat, nec pro cuiuſq; conſuetudine elaboretur, aut alio quouis modo excernatur, vaſa cõcoctionis, digeſtioniſq;, & facultatũ actiones in eis diſtribuentium neceſſariò implentur. Prętereа cum id nutrimenti, quod prius in vaſis fuit, nullo modo conſumitur, ſed ab ijs, quę adijciuntur, incrementum accipit, corporis vaſa quoq; magis diſtenduntur. At vbi præter menſurã acceſſorium nihil vaſa recipiunt, verùm aliud alimentum ex ventre permanat, ea quæ iam ipſis inſunt, in vicina ſpiritus vaſa irrũpunt. Hinc innoteſcit cuiuis de plenitudine, quæ ex infuſione (Græci ἔγχυμα vocant) accidit, illum diſſerere. Indicio quoq; eſt plethorę vocabulũ, quo abundantiam illã propriè nominat. Hic enim affectus vocatur plethora ſolum, non alius, cuius iudicium ex viribus ſumitur. Paululum progreſſus, quomodo eam dignoſcas hũc in modũ ſcribit. Itaq; plethoræ ſtatum deprehendere, vt diximus conãdũ eſt. Quibus igitur vaſa mediocriter ĩpleta ſunt, ij robuſtiores ſtatim, & fortiores q̃ prius erant, euadunt: idq; præter cõſuetudinem: vbi verò pleniores facti fuerint, brachia, tibiæ & manus intumeſcunt, quemadmodum illis, qui ab exercitijs in diſtẽſionem veniũt. Porrò ſi copioſior plethora p̃cedat dicta iã mẽbra, vlceroſa, tardiora, magiſq; pigra ad motũ fiunt. Adde q; vniuerſa corporis iunctura tanq̃ laſſitudine apparẽte tendatur. Iã verò huiuſmodi affectus morbo vicinus eſt, niſi quis dextre admodum & prudenter eum ſoluat. In his Eraſiſtratus diuerſarum plenitudinum notas cõprehendit, additq; nonnullas eis parum neceſſarias. Inſpicere autem verba ipſius ab initio integrum eſt. Nam cum ait: A principio itaq; plenitudinis, vaſa mediocriter impleta ſunt, ij robuſtiores, fortioreſq; ac prius eſſe cõſuerant, apparent: neque aliunde ſermo neceſſariam habet conſequentiã, neq; à diſpoſitione ad eius notas, neq; à notis ad diſpoſitionem. Siquidem vaſis mediocriter turgẽtibus, robuſtiores nos & fortiores q̃ prius videri nõ eſt neceſſarium: neq; cũ tales apparemus, vaſa mediocriter eſſe impleta. Fieri enim poteſt vt modicis horũ impletionibus imbecilliores etiam aliqui fiant: vel ad neutrum inſigniter declinent, putà vel ad robur, vel ad imbecillitatem. Si fortiores atquè antea euadant, conuincimus hic nõ ſolùm cum viribus humorum copiam adauctam eſſe, ſed interim quoq; decreuiſſe: primam'que interdum ſeruare quantitatem. Nam iuxta vtranque hypotheſin, colligitut ex priore dicto trium eſſe conſequentiam. Quippe adauctos humores, robur, & imbecillitatem actionis inſolitam, item virtutis robur & infirmitatem in eodem tempore comitari. Roboris acceſſionem, humo=

res

res auctos, imminutos, & mediocres ſequi. Intelligitur autem in præſenti commentario idem, ſiue humores ſiue ſanguinem dixero. Diſtinguentur enim in ſermonis proceſſu. Eraſiſtratus quidem ſimpliciter pronunciauit, nulla demonſtratione dictis ſuis appoſita. Nos autem non abſoluto ſermone, ſed neceſſarijs demonſtrationibus fidem ijs quæ nuper retulimus, aſtruentes, exordium denuo hinc ab ipſius verbis capiemus. Robuſtiores ait, & fortiores apparent. An diuerſa ſignant robuſtiores, & fortiores? His duo mediocris copię ſigna ſubiũxit: vel duo quidem nomina, vnum verò ſignũ effatus. Ego ſanè ne vnam quidam ſignificati differentiam inuenio, ſiue generatim, ſiue membratim, ſiue demũ ſecundum maioris minorisq; ratiõe interpreter: ſed idem de vtroq; dici cenſeo. Iam ſanè alterum ſi lubet intenſionem & incrementum, in altero apparere ponito. Siue igitur fortiores de robuſtioribus, ſiue robuſtiores de fortioribus dicas, vna ſimiliq; ſpecie vtriuſque ſignificationem omnino complecteris. Vbi nanque auctio eſt ſpecie manente, ibi non eſt duarũ ſignificationum diſciplina. Cęterum nemo non pernouit Eraſiſtratũ alterius copiæ generis, quod ad vires pertinet, ne quidem meminiſſe prorſus, neque in hoc libro, neque in alijs, qui de febribus inſcribũtur. Q[uonia]m plethora ipſius iudicio intercidẽtiæ, Græci παρέμπτωσιν vocant, cauſa eſt, in qua phlegmonę conſiſtant: quanq̃ febris conſequitur. Plethoræ generationem euidenter verbis præpoſitis indicauit, vbi corporis vaſa grauari tanq̃ onere præter menſuram legitimam impoſito, diſtendique plurimum ſcribit. Hoc enim ſermone ipſe vſus eſt, quemadmodum etiam quòd non magis vaſa queant ſuſcipere, ſuperflui intercidentiam in arterias accidere innuit, ijs videlicet quæ abundant in venis illuc irruentibus. Omiſit ergo hic quoque in diuiſione quippiam. Non enim dicendum erat abſolutè cum venæ non amplius quod adfertur, capiant, illa quæ in ipſis contin ẽtur ad ſpirituum vaſa irrumpere. Multò aũt melius erat dixiſſe duorum alterum venarum impletionem comitari, vel tunicæ ipſius rupturam, vel ſanguinis in ſpiritalia vaſa tranſfuſionem. Cæterum putare ſanguinem neceſſariò tranſfundi, quòd venæ ipſum non contineant obliti omnino eſt, vaſis per rupturam aliquando plenitudinis cauſa euenire, vt omittamus adapertionem, ἀναστόμωσιν vocãt, ſine tranſfuſione manifeſta ſæpe latis inteſtinorum, vẽtriculi ſtomachi, faucium, & oris ſpatijs, quæ ſenſibus patẽt, accidere. At quod in orationis diſtinctione defuit, nõ in hoc ſolũ opere Eraſiſtrato peculiare eſt, ſed in alijs propemodum omnibus. Igitur quale tandem dixerit, de integro inſpiciamus. Impletis vaſis mediocriter, robuſtiores quàm erant, apparent. Vtrum ò Eraſiſtrate cum ſanguinis copia, corporis robur adaugeatur, an etiam virtute adaucta? Ego ſiquidem neceſſarium planè eſſe puto, ad actionis perfectionem, etiã viriũ robur increſcere. Tu verò ſi incremento ſanguinis duntaxat virtutis actiones validiores

fieri

fieri cenſes, Aſclepiadis opinionem magis euertere quàm potentiam aſſeuerare videris. Neq; enim ille ſimpliciter hunc in modum ait: Cui plus ſanguinis, omnino hunc robuſtiorem eſſe, cui minus, imbecilliorem: ſed inuenies haud dubiè quaſdam eum diſtinctiones, ijs quæ oculis vſurpamus cōſonas dicere, etſi nullam in nobis facultatem, aut animalem, aut vitalem eſſe putet. Vidētur enim quidā magis ſanguine ſimul & fortiores, præter cōſuetudinem euaſiſſe, quidam fortiores ſimul & minus ſanguinei. Quapropter nec ſanguinis abundantia vires augeri, nec ipſius imminutione has neceſſario debilitari Eraſiſtratus exiſtimare debet. Nam ſi quis eum commoneat illorum, quæ nunc ego recenſui, haud infitias iuerit functionū integritatem non corporis incrementum, ſed virtutis robur conſequi. Reddamus itaque nos ſermonem paulò perfectiorem, ijs quæ parum integrè protulit, reliqua adijcientes: erit autem huiuſmodi: Augeſcente ſanguine ſimul cū viribus actionis quoq; robur increſcit. Atqui hoc verè dixerimus, non aūt ad rem propoſitam magnum momentum adferet. Quibus enim vtrunq; auctum eſt, & ſanguis, & potentia, eiſdem actionis robur auctum quoque verè dicetur. Quibus autem vires increuerunt, his vtraq; neceſſario aucta eſſe, non item. Porrò accidit aliquādo, vt virtus ſola augeatur. Bonus gymnaſtes, ſi quempiam ſuſceperit qui ſanguinem pituitoſum copioſe præ ocio collegerit: viribus imbecillior exiſtat: eū fortiorem, copioſiorisq; ſanguinis compotem efficiet, quàm antea fuerat. Quemadmodum igitur qui actionibus fungendis validiores, ac prius facti ſunt, neceſſe eſt eis virtutem quoq; robuſtiorem euaſiſſe. Cæterum non modò ab actionum perfectione auſpicatus ad virtutis robur, ſed etiam à virtute, ad actionum integritatem mutuo ſe conſequente ordine deuenies. Nā virtute validꝰ, functiones probè obit. Quare hęc ſe inuicem ſequuntur, integritas actionum, virtutis robur: actionum integritatem, virtutis quoq; robur. Vtrum enim ex eis adeſſe ſtatueris, huic omnino alterū ſimul adeſt. Non tamen à copioſiore ſanguine neceſſaria ſumitur cōſequentia. Qui ſi largior, atquè prius exiſtat, idcirco non robuſtior homo euadet, neq; ſi paucior, magis imbecillis erit, quemadmodū neq; ſi portione reliquis humoribus reſpondeat, virtus æqualiter ſe habebit. Proin ex ſuperioribus clarum eſt, actionum perfectionem virium integritatis proprium, & inſeparabile eſſe indicium, ſanguinis incrementi non item. Quod autem deinceps Eraſiſtratus dicit, proprium non eſt, ſed plethoræ inſeparabile. Vocat ipſum adimpleri, apertius tēdi dixiſſet. Etenim gymnaſtaꝝ quidam diligentiores, aliam laſſitudinē vlceroſam, aliam tenſiuam, aliam phlegmonoſam appellantes, nihil aliud innuūt, quàm membra in tenſiuam laſſitudinem incidiſſe. Tūc enim corporis ſui particulam quampiam adimpletam dicunt, cum tenſionem quandam in ſe percipiunt. Senſus itaq; tenſionis in phlegmone etiam oboritur.

Sed pulſus præter naturam,illũ vel ſemper,vel magna ex parte comitatur, quem quis clarior interpres dolorem pulſatilem appellabit. Quibus aliud nihil quàm tenſio accidit, ijs neq; inflammatione laborat tenſa particula, neq; neceſſario plethorica eſt:ſed duorũ alterũ,vel laſſa,vel plethorica. At ſi laſſa eſt,ĩmodicis laboribus hic affectus debetur, ꝗ ſi nõ laboraueris,nequaq̃ laſſitudinis vitio laſſa fit particula,verum aliter. Quamobrem vt verum fateamur tenſionis ſenſus ſine exercitijs omnino plethora eſt. Fit nãq; ſic loquentibus inſeparabile ſimul & proprium ſignum vtriſq; ſe viciſſim conſequentibus. Siquidem tenſio citra exercitationes,plethoræ comes eſt, cuius inſeparabilis quoq; nota,tãquam ab eiuſdem cauſa profecta efficitur. Porrò tantum ſanguinis incrementum,vt venæ diſtendi amplius non poſſint necdum plethora dicẽda eſt. Quid igitur Eraſiſtratus in oratione brachiorum,tibiarum, manuúmq; meminit? Etenim in collo etiam,& dorſo, & lumbis,& thorace,& imo vẽtre huiuſmodi tenſio conſtituitur. Quemadmodum autem ſuperfluo Eraſiſtratus artuum, ſic etiam vlceroſi ſenſus mentionem facit. Quippe hic plethorę nota non eſt,verum mordaciũ humorum occaſione partibus,velut exulceratis naſcitur:idq; vel has illorum aliquo contegente, vel ſanie irritante,vel pharmaco mordente : aut ex motionibus ſolis prouenit. Vt enim propria tenſio in humorum exuberantia, tunicas diſtendẽtium verſatur,ita ſenſus vlceroſus mordacem qualitatem ſequitur,ideoq; multis in toto corpore frequenter accidit,non quòd plethorę copioſum,ſed ne mediocrem ſanguinem obtinent. Iam ſi hæc ita ſe habent, quemadmodum certè habent, oportunum mihi videtur,diſtinctionem quorundam apponere quæ prius,cũ indicia ab Eraſiſtrato cõſcripta inſpiceremus,ad hanc vſq; ſeriem diſtulimus. Plenitudinem itaque,ſiue ex viribus,ſiue continẽtium capacitate exiſtimetur,ſatius erit videlicet diſtinguere,an in ſanguine ſolo,vel etiam alijs omnibus humoribns cõſiſtere nata ſit. Hoc nanque indefinitum ille reliquit. Quũ igitur nõ ſolùm hi morbi,defectus nempe & plenitudo ſed etiam qualitas abſurda omnes humores occupet,totum medicorum ordinem interrogaui,quique ad vires,quique ad humorum incremẽta abundantiam referunt,ſolo ne aucto ſanguine,ſed ita,vt nõ cõtineatur,venas extendi contigat:an ſi vel in aliam quãuis particulam,aut etiã venas ipſas,vel ſimul cũ hac, vel ſine hac bilis quępiam,vel ſanies,vel ſpiritus flatulẽtus tãta copia coaceruatus, vt à vaſe ſuo contineri magis nõ poſſit, tũ hic quoq; tenſionem experiri animal neceſſarium erit. Si particula,quæ tenditur, ſenſoria fuerit, tenſionis ſenſum neceſſario in omni quod diſtendit,neq; cõtinetur,percipit. Atq; affectus hic eſt, tenſionem vt vocãt,particulas occupare: qua magis aucta,rumpi illas cogit neceſſitas. Huiuſmodi meo quidem iudicio,ijs quæ manifeſto apparent,conſentire videtur. Conſpiciuntur enim non modo nerui, vel funiculi

tenſionis violentia dirũpi,ſed dolia quoq; frequenter à muſto inflata. Nuper ſanè vas ſtagneum, eouſq; à medicamento ex viperis compoſito, quod in eo continebatur difflatum eſt,vt etiam pellis ei circundata,& funiculus quo deligatum erat,dirumperentur,& operculum intumeſceret.Præterea quòd maximis interdum doloribus quidam corripiuntur, ſpiritu partibus nonnullis inſidenti:itidem in leuiore inteſtino ſæpe id accidere omnes arbitror nouiſſe,quibus curæ eſt, quotidie apud ægros viſa ſequi & perſpicere. Præſtat igitur ab omni ſubſtantia humida, & flatulenta particulas in tenſiuam diſpoſitionem duci exiſtimare: vel ſolum ex humoribus ſanguinẽ exuberantem huiuſmodi affectionem comitari. Qua de cauſa rurſus ad eos, qui plenitudinem tanq̃ ad vires ſemper putant conſtitui digrediamur, rogemúſq; vnũ aliquod longe facillimum, tali quapiam hypotheſi exempli modo propoſita.Grauent duo,corporis particulas:hic quidem ligno humeris impoſito,vel lapide,vel onere quopiam grauiſſimo:alter ſpinis pauciſſimis acutiſſimiſque:deinde quæramus in tali ſpectaculo illos, qui à virtute plenitudinis conſiderationem capiunt, paucas etiam ſpinas onus appellẽt, an quòd ab vtroque pondere homines moleſtentur commune aliquod ſymptoma ſit:moleſtiæ verò ſpecies vehemẽter euariet.Huic enim grauitas cũ punctione:illi punctio ſine grauitate accidit.In ſumma ſi quis pũctionem, vel mordicationem,vel quodlibet moleſtum onus copiam quoq; nominet: cogetur aliquando,vel vnã ſpinam,vel acum tenuiſſimam onus appellare. Quo quid eſt magis ridiculum? Abſurda igitur hæc ſunt & pręter omniũ hominum opiniones. Nos autem non deſtruere communes notiones, ſed conſeruare ſtatuimus.Proinde multũ,id quod grauat interpretamur,moleſtum quod mordet,vel pungit,vel quomodocũq; vocare volueris.Atqui multos eſſe humores mordaces,alios in nobis ipſis oriẽtes,alios extrinſecus accidentes,cui non eſt perſpicuum? Porrò quatuor ipſorum in maioris minoriſq; ratione differentiæ numerãtur. Qui etenim mediocriter mordẽt, pruritum concitant,quemadmodum ſquilla: vehementius autem mordaces,vti crommyon.Nam ſi tali natura pręditocorpus noſtrũ paulò diutius adfuerit,exulcerabitur.Nõnulla hoc magis acria ſunt, maximéq; cum exulceratis offeruntur,horrorem concitant.Quo intenſo, auctoq; accidens rigorẽ appellamus.Eadem portione mordaces in nobis humores quatuor ſpecierum conſtituuntur:pruritum mouent, modice radentes:his mordaciores vlceroſum ſenſum faciunt:his adhuc vehementiores horrorem:mordaciſſimi rigorẽ.Tractauimus hęc in alijs cõmentarijs, verùm quæ in ſecundo de ſymptomatum cauſis, & quarto de ſanitate tuenda tradidimus, ei qui guſtum quendam illorum velit capere, abundè ſufficiunt.At ſi opus de medicamẽtorũ facultatibus relegeris,& hoc præcedẽs de tẽperamẽtis, accuratius mordaciũ humorũ naturã cognoſces. Verũ pleriſq; medicorũ

le quid accidit cum eo, quod Hippocrates de illis dixerit, qui fracturis, vel eius generis affectibus laborantes præcepta non faciunt. Nam & ſi valetudinem ſequūdam expetant, in curatione tamen laborem non ſuſtinent: quemadmodum nec illi in diſcendo. At ſalutē ſubito cōſequi non poſſunt, ſolo finis deſiderio: nec alij ſcientiam, niſi totam illam viam perfecerit, quā pauloante indicauimus. Sciēt enim ſi velint, vlceroſum totius corporis ſenſum ſiue os īmoderatiora exercitia pręter cōſuetudinē ſuſcepta cōtingat, ſiue citra hęc ſubitò cōſtituatur, mordacis humoris eſſe ſobolē, ideo'q; plus æquò exercitatis gymnaſtæ oleo copioſiore, frictione molli, balneo dulcis aquę calido adamuſſim tēperato curationē moliunt: quo mordaces humores, qui ex maioribus iuſto exercitijs ob adipis, carniſq; mollioris colliquationem, vel propter ipſos in corpore humores impēdio calefactos generati ſunt, diſcutiantur. Quòd ſi quis igitur horum demonſtrationes diſcere ſuſtinuerit, ſolus firmiter perſuaſum habebit, vlceroſū ſenſum propter mordaces gigni humores: grauem ob multos, qui vires reſpiciunt: tenſiuum itidem propter multos, ſed qui ad vaſa eos continentia, nō corporum vires quæ comprehenduntur, relationem habeant. Eraſiſtratus in libro de ſanitate tuenda efficaciſſime plethorę generationem recenſens tertiam dictorum diſpoſitionem docet: dein ad notas conuerſus non magis de hac quàm alijs conſcripſit. Etenim tenſio huius dū taxat eſt, quod ille nominauit adimpleri. Porro vlceroſum gigni ſenſum, neque prædictæ plenitudinis, neque illius, quę vires ſpectat, proprium indicium eſt: multo minus grauiores, ad motúmq; magis pigros euadere. Si quidem hoc plenitudinis virium peculiare ſignum eſt. Nam omnem propemodum Empiricorum ſyndromen nobis deſcripſit; poſtremo partem quampiam notationis ἔγχρονον Græci appellant, quam Herophilei ſectatores introduxerunt, non alio q̄ Empiricorum modo literis prodidit, ita inquiens: Alimento digeſto neque appoſito, neque pro cuiuſque conſuetudine elaborato, neque aliter excreto. Nihil ſiquidem refert, vel hęc dicas, vel vt illi, otioſam vitæ rationē, ſolitorúmque excrementorum retenſionem. Segnem enim priorē vitā indicauit, neq; elaborato inquiens, prout quiſq; conſueuerat. Recrementorum cohibitionem, dum præſcriberet, neque aliter excreto. Cæterum ex tempore plenitudo notas habet. Nam ex pręterito ſegnem vitam ſimul cū excretionum ſupreſſione ille capit: ex præſenti repletionem, hulceroſúmq; affectum, & ad motum pigritiam, & totius corporis grauitatem, alia'que huiuſmodi apponit. Ex futuro, quod hoc vitio laborantes, ſi euacuentur, pulchre cōualeſcūt. Hoc Eraſiſtratus omiſerat. Teſtimonium etenim hoc rectę dignotionis pariter & curationis eſt: dignotionis autem, vel vt illi vocant, notationis nulla pars fuerit, ſi quidem per notas affectus iudicare volumus, vt idoneum eis curationem conſequamur. Quamobrem ſi ex alio

quopiam

quopiam ſanationem commode habere liceret, ſuper flua eſſet notatio. At præſentis temporis memor, ruborem & vaſorum diſtentionem prætermiſit quæ etiam ipſa Empirici ferè omnes, Methodici nō pauci ſicut alia quędam vti diximus adiungunt. Quanquam & in ſanguine ſolo plethoræ generatio ſtatuatur, non male ab illis rubor, & vaſorum diſtentio dignotioni appoſita ſunt. Ad hęc tamen magis, ꝙ brachia, manus, tibias, adimpleri dicunt, non citius carnium, & muſculorum, quàm venarum plenitudinis ſecundum proprias ipſorum hypotheſes eſſe putabimus. Atqui ſic etiam duplicem dignotionem facere nos oportet, alteram venarum harum ſenſiliū, quæ omnium oculis ſubiectę ſunt: alteram illarū, quas ipſe ſolus ſpectauit. Arbitror itaque iam cōſtare ijs qui animum aduertunt, non parui eſſe negocij plenitudinem cognoſcere. Cū autem ne verbotenus illam intelligere promptum ſit, verum difficilimum, mirabor ſi ex actionib9 docti nec antea quid de ipſa meditati, nec inueniētes rectè tractauerint. Quare ab Empiricorum ſermone denuo incipiamus, qui tuto admodum prædictas dubitationes effugere ſe putant, fatentes quidem ipſi nihil omnino de plenitudinis eſſentia ſe nouiſſe, in tali verò congerie Syndromen plethoricam nominant, vtilem ſanguinis detractionem obſeruatam eſſe dicentes. Nempe vniuerſis in vnum collectis quę ſinguli Methodici ſcripſerunt, ex his illorum dubitationes euitare cenſent, verùm multo magis, quàm iſti, animum modo verbis ipſorum adtendas, arguuntur. Quæ rurſus ab exordio recenſere præſtiterit. Eſto igitur in præterito tempore conſueta ciborum ratio, & liberalior aliqua ex parte quàm antea, item excremētorum retentio, vniuerſa vita ſegnis. In pręſenti totius corporis, vel partium quarundam tenſio, mouendi pigritia, actionum imbecillitas, grauitatis ſenſus', vlceroſa diſpoſitio, & venarum tumor. Adde ſi placet ruborem, quoniam hunc quoque nōnulli aſcribūt. Quinetiam totius corporis inæqualem quendam tumorem, & laſſitudinis ſtatum. Sunt enim qui hæc adijciunt. Interrogabimus ipſos, quæ ego aduleſcens adhuc Empiricum præceptorem rogaui, cū me primum hęc doceret: omnia ne ſimul dicta ad euacuationis recordationem vt ipſi aiunt, coire oporteret, an ſi vel vnum ex ijs conſpitiāt, venam ſtatim incident. Ad primam igitur quæſtionem prompte mihi reſpondit, omnia inquiens coire neceſſario. Huiuſmodi nanque rem ſyndromen eſſe, vniuerſorum eam complentium cōgeriem. Poſtq̃ verò primum homines duos in memoriam reuocaſſem, quibus ille ipſe nuper venam incidere iuſſit: vnum ex oculis vehementer laborantē, alterum ex vehiculo delapſum, deinde loris implexum longius protractum, vt partes quædā contunderentur. Poſt hæc autem conticente ipſo alterius cuiuſdam memini, cui & ipſi mediocriter febricitanti, dolorem verò capitis non ferenti ſanguinē miſit: rurſus alij pleuritico, qui nihilo magis vniuerſam prædictam ſyndromen haberet, hę

ſitabat maximè quid reſpōderet. Proinde plures id genus alios ei produxi. Necnon ſuperiorum ſubmonui, quibus non ſolum non totam ſyndromen ſed ne duo quidem ſymptomata habentibus ſanguinē ex vena detraxerit. Huic eteni, qui ex vehiculo decidit, exercitatus quotidie, & cōſuetis omnibus recremētis abunde vacuatus, mediocriter edens, & toto ferè die nobiſcum agens, tūm neq; ipſius, neque alterius cuiuſpiam opinione vacuatione indigens, cum vectus particulas quaſdam cōtudiſſet, venam incidendam ęſtimauit, nec rubore quopiam acquiſito, nec vaſorū tumore, nec alio quolibet ex his, quæ ſyndromen abſoluant, q̃ ſolo partium contuſarū dolore, Haud ſecus illum tractauit qui lippitudine, capitisque dolore affectus, nullum plane dictorum ſymptomatū in plethorica illa ſyndrome perceperit. Quin alios complures qui vel nihil ex congerie iam nominata, vel non omnia ſimul quæ dicitis haberent, venæ inciſionē veſtro iudicio admiſiſſe vidimus. Nunc enim, aiebam, omnes memoria repetens, quibus à vobis ſanguinem miſſum eſſe vidimus, nemo adhuc ſuccurrit, qui vniuerſam huiuſmodi ſymptomatum ſyndromen acceperit. Verum huic quidē ꝙ laſſitudine, nullo alio affectu laborabat, vena inciſa eſt: illi, ꝙ febricitaret grauiter, vel oculis doleret, vel capite, vel hęmorrhoidū ſuppreſſiōe, vel ſi mulier fuerit mēſtruo, non omnia vero, quę plethorica ſyndrome coire poſtulat. Si igitur vniuerſas diſpoſitiones, in quibus venæ ſectio profuiſſe obſeruata eſt, plethoricas nomines, nos quoq; lippitudinem, pleuritim, vehementē dolorem, ruinā ex vehiculo, aliaq; ſexcentum, plethoricas ſyndromas appellare tempus eſt. At ſi horum nihil in plethorico concurſu comprehenditur, & eorū ſymptomatū congeries, quæ ſuprà retulimus, plethorica ſyndrome nūcupatur, nulli vena, priuſq̃ omnia illa habeat incidenda eſt. Quomodo igitur ille mihi ad hæc reſponderit, quamq; nihil decenter, maioris otij negocium eſt, nec ad ea, quorum anteà mentionem fecimus propriè pertinet. Ego autem cum nugandi tempus in præſentia non habeā, cogitaui ſcopos curationis vniuerſos in libro de venæ inciſione oſtēdere, quos etiam ipſos ne vnus quidem accurate, diſtinctéq; conſcripſerit. Itaque relictis modo Empiricis ad rationales denuo reuertamur, ſingula ſymptomata quæ prodiderunt, inſpicientes. Nonnulla ſiquidē ipſorū ad virium plenitudinē pertinent, nonnulla ſunt enchymatis: alia non abſoluto ſermone copię, ſed talis indicia exiſtūt: alia prorſum nullius copię, verū aut vitioſi corruptiq; humoris, aut ībecillę virtutis, aut ſolidarū partiū tumoris notas exhibēt. Hoc ita ſe habere, mentē ſi ijs quę dicentur adhibeas, condiſces. Iam ſanè tenſiua diſpoſitio, cum ſine exercitijs incidit multā omnino ſubſtantiam in ſenſorio corpore contineri oſtendit: quæ autem ſit ſubſtantia, aut eius ſpecies, non item: Nempe cum hac parte ſolùm ipſa tenſio cuiuſlibet ſubſtantiæ, tenuis, craſſæ, conſiſtentia mediæ, & flatulentæ, ad=

hæc calidæ, frigidæ, vel mediæ communis ſit: ſed alijs quibuſdam diſcernendi ſignis ad huius agnitionem deſiderat. Porrò functionum infirmitas virtutem imbecilliorem oſtendit, dum id quod mouet, impeditur, vt in manuum motu imbecilli: nam multas diſpoſitiones comitatur. Siue iam carnium, atq; adipum genus cuipiam increuerint, virtute eiſdem terminis permanente motus inualidiores fieri neceſſitas exigit. Quippe quod motionem alijs diſtribuit, eodem in ſtatu manet: quod mouetur, excreuit. Siue vnus aliquis humorum, vel etiam omnes ſimul exuberauerit, vires autem non cũ eis adauctę ſint, neceſſe eſt hic quoque functiones imbecillas magis euadere: ſiue vtraq; & parenchymata vt vocãt, & humores, virtus autẽ nihil increuerit: ſiue hæc pari modo inter ſe habeant, ſed virtus imbecillior contigerit. At vtraque interim congredi poſſunt, vt virtus inualidior, humores ſimul cum parenchymatibus, vel plures, vel pauciores fiant: vel horum alterum. Vtrum igitur propterea functiones infirmæ magis erunt, in vno quoq; ipſorum accidente, & duobus, & pluribus, & ſimul omnibus eſt. Quandoquidem ob ſolidarũ partium nutritionem probam, εὐτροφίαν Græci vocãt motionem aliquando infirmã magis eſſe factam arbitrari, hominũ eſt, qui ignorant, virtutes ſolida tota corpora tranſire, ſed arterias & neruos, ſpiritus tanq̃ fiſtulas & canales fingunt. Deprehendes opinionis prauitatem ex alijs multis, maximè duobus noſtris commentarijs de Hippocratis & Platonis placitis, tum ex opere de naturę facultatib9. Itaque ad bonũ habitum, εὐεξίαν appellãt, propriè ſpectat ſolidarum partiũ eutrophia: euſarciæ & corpulẽtię, carniũ incremẽta propria ſunt. Pleruq; igitur pro portione adeps liberalius augebitur. Interdum in adipe magis caro, vel ſola adeps increſcet. Dicta ſunt de animantibus in opere temperamentorum. Quemadmodum autem in carne aliud eſt euſarcia, aliud corpulẽtia, ſic in ſanguine, hoc velut euęmia, id eſt bonitas ſanguinis, illud eiuſdem copia. Iam verò euæmia & qualitate, & quantitate adamuſſim naturalis eſſe omnibus videtur. Sanguinis copia, Græci πολυαιμίαν appellant, qualitate quidem inculpata eſt: quantitate ſecus: verũ omnino aũt naturalem habitum, qui à generatione contigit, exuperat, aut illum qui vires reſpicit. Etenim vtraque & virtutis robur, & ſanguinis copia aliquando ſuprà naturam quam generationi acceptam ferunt inuicem augeſcere poſſunt: quemadmodum in bonis Athletarum ſtatibus. Humores nanque, & caro, & vires proportione mutua in ipſis increſcũt. Vnde iam luce clari9 redditur, quòd qui corporis tumorem vnũ eſſe plethoræ ſignum dicũt, falſa prædicant. Quia venarũ tumor, vtiq; plethoram indicat. Carniũ verò & adipis tumor illarum ipſarũ copiam: non tamen quam nunc inquirimus cui etiã plethoræ nomẽ eſt. De hac enĩ plenitudine, quę videlicet euacuatione oſtẽdit, cũ aliqui ipſoꝝ dicere ſtatuiſſent, quatenus homonymijs in/

noteſcit,errauerũt adeò vt in carniũm,atq; adipis copiam delaberentur. Ita iam mendax plenitudinis nota eſt tumor corporis. Ipſaq; enim venarũ quæ oculis patent,impletionem notat:non tamen neceſſario latẽtium.Sed fieri aliquando poteſt exterioribus venis diſtentis, interiores non diſtendi: vt cum ſubitò frigus ipſas inuadit,ſanguis in altum refugit, & venæ exteriores ita ſanguine deſtituũtur,vt ne quidem appareant.Rurſus tepore exorto,vel lotis in balneo ſanguis alto relicto ad ſummam cutẽ, exterioréſq; corporis partes defertur.Quòd ſi ardens febris extiterit,tũc quoq; corpus veluti feruens neceſſario vritur,inflatur,diffunditur.Proinde venarum tumor non eſt inſeparabilis humorum copię nota,ſed primũ huiuſmodi ſtatũ in corpore eſſe conuenit,vt neq; interiores partes exterioribus,neque hę illis calore præcellant:deinde ne immodicus in toto animante calor conſiſtat.His antè diſtinctis,venarum tumor,ſanguinis copiæ,quam modo per excellentiam diximus,indicium aliquando fuerit.Nam fieri non poteſt,tã exactè ſanguinem interim in venis contineri, vt nihil vel bilis,vel pituitę, vel ſeroſæ ſaniei inferatur.Vnde nos in ſuperioribus idẽ intelligi volumꝰ, ſiue humores,ſiue ſanguinem abũdare diceremus.Quippe immixtus & ab alijs humoribus ſyncerus ſanguis nunq̃ in venis comprehenditur.Demonſtratum eſt alibi de mixto nihil referre humores an ſanguinem appelles:nõ tamen qualibet,ſed mediocri quadam menſura alijs ei admiſtis:idq; in animalibus naturali habitu præditis. Vniuerſis enim in naturali ſymmetria adauctis cum ſanguine,quem excellentiæ vocabulo notamus,idem ſignat humorum nomen,nullúmq; diſcrimẽ eſt humores auctos, vel ſanguinem dicere,cum oratio innuat humores idipſum omnino ſibi velle,quod eſt pro veteri portione abundare.Hoc itaque nobis ſic definitum eſto. Iterum ad inſtitutum reuertamur.Venarum tumor,ſi neq; propter exterioris conſtitutionis victoriam,neque perfuſionem feruorémque contigerit, ſanguinis copiam arguit. Cæterum talis particula nec decliuis figurari,nec ſupra alias recenter eſſe mota debet. Quapropter oratione quadam vniuerſas particulares diſtinctiones comprehendens,tũc venarum tumorem ſanguinis abundantiam indicare dices,cum omnes ſimul particulæ eundem ſtatum cum mediocri calore obtinent. Si nanque pari omnes modo afficiantur: calor autẽ excedat trãſfuſio humorũ quæ venas in tumorem attollat, interea naſcitur,non tamen ſanguinis,verùm ſpiritus copia oſtẽditur.Quoniam humores calefacti inflationis phantaſiam præbent. Cuius rei gratia qui venarũ tumorem,copiã referre pronunciarũt, ſi iam illis venis quibus hæc inſit,ipſum contigiſſe intelligãt,rectè dixiſſe videbuntur.Plenior enĩ ſubſtantia eſt neceſſario,quæ venis tumorẽ cõciliauit, quàm prior extitit. & ſi qualis tandem plenitudo ſit,non ita liquidò conſtet. Siquidem omnis ſubſtantiæ copioſæ,tumor præter naturam communis eſt,ſiue ſanguis pu

rus

ſus,ſiue bilioſus,ſiue ſeroſus,ſiue pituitoſus,ſiue flatulētus exiſtat.Quemadmodum verò hic omnis copię differētię communis eſt,ſic venarū quoq; tenſio.Etenim hæc plenitudinis quantitatem, non ſpeciei differentiam ſequitur.Quamobrem tumor,ſenſúsque tenſiuus, non magis humorum,q̃ ſpiritus exuberantiam oſtendet.Si iam hunc in modum quiſpiam pronunciauerit,in tenſionis ſenſu copia eſt neceſſario,verè dicet. Qui etiam ſi hoc pacto, aiat, ſenſiliū particularum plenitudo affectum quempiam adducit, hic quoque verus erit. At ſi generali plenitudinis vel humorū nomine relicto ſanguinē in oratione vſurpet,tunc verum eſſe perinde non neceſſitas eſt,ea de cauſa,quam prędiximus.Porrò quòd neque plenitudinis ſimpliciter,ſed eiuſdem pro maioris minoriſque ratione differentia in venarum tumorib9,& tenſiua diſpoſitione verſatur,inde eſt perſpicuum.Nulla particula plena, niſi violentam prius tenſionē experta,dolet . Si verò in tumorem,non tamen violentius attollatur,nondum tēditur. Ex quo innoteſcit tumorem cum tenſione maiorem indicare copiam:ſine tenſione minorem. Qua itaq; ratione interdum initio nullus tumor in venis apparet: tenſionis autem affectus vehemens eſt.Hunc enim maximis tumoribus coniunctū eſſe oportet: vel quia interim tumor in venis latentibus inſigniter diſtēdit. Siquidem plenitudo tum quę ad aliquid relationem habet,de qua nūc diſſerimus,tum quę latitudinem vaſorum reſpicit (ſed necdum tenſorū hanc eſſe dicimus) tum quæ ad tunicæ diſtenſionem refertur, venarum tumorem generat, ſanguine ſupra naturalē cuiuſque ſymmetriam copioſius increſcente,vt ad illum plenitudo referatur.Tunicę tenſio,quaſi ipſius ſymmetrię exceſſum declarat, nō enī naturalis eſt. Vterq; aūt ſanguis multus eſt,& qui ex naturæ ſymmetria , & qui ex tunicarum tenſione æſtimatur. Cæterum Eraſiſtratus amborum meminit,non exacte quidem, neq; tam luculenter vt ego,attamen ita,vt duplicem rei naturam eſſe dicat.Cum etenim ſcribat: Ab initio itaq;, & vaſis mediocriter repletis,robuſtiores,fortióreſq; quàm prius eſſe conſuerunt, apparent: indicauit immoderationem ſanguinis cuiq; naturę habitum exceſſiſſe. Deinde ſubijciens, vbi pleniores multo euaſerint,brachia,manus,& tibiæ exturgeſcunt:ceu tunicarum ſanguinem cōtinentium ametriam innuit,vnde colligitur duas eſſe finitiones ſanguinis incrementi ſupra naturam:priorē,cū venis impletis tunicę ipſaꝝ præter naturalem cuiuſque ſtratū intumeſcūt.Alteram,vbi ad hoc tenſio quoque accedit:cum in plenitudine,que ad vires pertinet, ne alterum quidem conſpiciatur. Atque hæc quidem de illis dixiſſe ſufficit. Cæterū rubor,cuius pariter meminerunt non copiæ ſimpliciter,verùm ſanguinis copię nota eſt.Deſiderat autem ipſe diſtinctiones eaſdem quas tumor.Si nāque extrīſecus eueniat,vel ex ſole,vel balneo,vel exercitatione,vel itinere, vel vt ſummatim dicam ex aduſtiōe: pari modo ſi ex ira,pudoréq; atq; alijs

ſimilibus

ſimilibus,vt ex acuta febre,iam nõ ſanguinem indicat. Proinde cũ æqualis totius corporis diſpoſitio fuerit:nullum autẽ eorum,quę percenſuimus, adſit,tunc nimirum rubor copiæ vniuerſi corporis animantis nota extiterit.Sin minus certe illius partis,in qua apparet. Quin & in phlegmonis ſiue in muſculis hæ,ſiue in cute conſiſtant,huiuſmodi color Plethoricos affectus comitatur.Sed de phlegmonis abunde ſatis in commẽtario de humoribus præter naturam diſſeruimus: demonſtrantes ipſos omnes pariter ab humorũ redundãtia alijs,atque alijs interdum partibus incũbentium conſtitui. Iam verò non de his, verũ vti diximus,de illa plenitudine ſermo eſt: quæ plethora nominatur:ex humoribus ĩ toto corpore ſuperfluis proueniente. Secus plenitudinem vniuerſo corpori ſubeſſe dicimus,vt partium genus vtrunq; & vaſorum, & carnium offenſam acceperit. Nonnunquã enĩ alterum duntaxat affici contigit,tanquã vtra licet pars occupata ſit,non in vna quapiam particula,vel duabus, verũ aut in toto animali,vel pluribus, nobiliſſimiſq; particulis hæc eueniat. Eodem modo tumorem, qualiſnam ſit deprehendere, veri eſt in rebus dignoſcendis exercitatiſſimi. In carnoſo nanque genere,vnus tumor ipſarũ carnium eſt,alter humor:carne tanquã lana quapiam,aut ſpongia ſuperuacuo humore repleta. Atqui talis in carnibus redundantia, ei quæ ex vaſorum infuſione nomen accipit, proportione reſpondet. Altera plenitudo illi, quæ in viribus vel cum grauitate cõſiſtit,non eſt diſſimilis:recordantibus nobis,nihil intereſſe de cõpoſita carne,vel de muſculis diſputes: præterea ſi plenitudinis carnium fiat mentio muſculos,non ſimplicem illam carnem, quam παρέγχυμα, nõnulli vocãt,inaudiendã eſſe. In arterijs ſane, & venis non ſimiliter viriũ plenitudo ægris ipſis percipitur,niſi qui natura ad ſentiendũ fuerint accõmodatiſſimi:eiuſmodi ſolis obſcura quępiã ac profunda grauitas in corpore apparet. Quãobrem alię quædã talis copiæ notæ manifeſtiores inquirendæ ſunt. At cũ pleriq; medicorum ſegniter eam tractauerint: nõnulli ne quidem inſpexerĩt:alij multa omiſerint,nulla certior, firmiorq; nota arteriarum motu inuenta eſt:quam in libris de pulſibus copioſe declarauimus.Siquidem venæ vna cum arterijs ſubinde plethora corripiuntur propter vaſorum confluentiam:quam alibi executi ſumus. Aliquando viſcoſis, vel craſſis humoribus in venis collectis, haud ita facilis eorum in arterias trãſfuſio committitur. At huiuſmodi rarum eſt. Niſi enim ſupra modũ craſſi, & viſcoſi humores extiterint,omnino tranſfunduntur. Equidem in hoc genus affectionibus, plenitudinis in venis collectæ nulla euidens nota eſt:ſed ex arteriarũ motu licet capere,& ſi q̃ maximè Nicarcho, & Praxagorę videatur:attamen ſanguinem arterijs non tranſmittunt. In alijs plethoræ ſtatibus pulſuũ ſignis fides adhibenda eſt: quę priuatim à nobis explicata ſunt. Cæterum ſpecies plenitudinis, cum totum corpus æqualiter humoribus diſtentum fuerit,

hoc

hoc modo diſtinguendæ ſunt. Rubicunda ſiquidē ſanguinis copia eſt: ſubpallida verò flauæ bilis. Albeſcit ſupra naturalem habitum, pituitę: quemadmodum nigreſcit, atræ bilis. Porrò in ſingulis, quæ commemorauimus ſanguinem ſimul coauctum eſſe oportet. Nam ſi pallida bilis, quam & flauam nominant, aliquando ſuperauerit, vt in regio morbo laborantibus, nō adhuc plenitudo, nec plethorica diſpoſitio, ſed vitioſus humor, κακοχυμίαν Gręcis dicit̃, huiuſmodi affectus eſt. Hoc pacto in atra bile & pituita dicendum eſt. Vbi verò, ſicut antea oſtēſum eſt vel grauitas, vel tumor ſupra naturam ſit, plethorica quidem talis diſpoſitio dicetur. Ex colore præpollentis humoris ſpeciem cognoſcere oportet. Verùm ſola bilis nullum plenitudinis inſeparabile ſymptoma poteſt efficere, neq; tumorem certe, neq; grauitatem. Nam altera quędam ante hāc erit affectio priuſquā eo corpus increuerit. Item nec pituita quæuis abſolutè, modo ſola fuerit, ſed ea quæ in hydropum genere, quod λευκοφλεγματίαν Gręci appellāt ī vniuerſo corpore redundare poterit. At liquet crudam, quę humor crudus nominatur, inter pituitæ ſpecies in præſenti ſermone ponendam eſſe. Etenim ſi diuerſam ab illo ſtatuamus iuxta differentias quas nuper retulimus, neceſſe eſt quoq; eiuſdem humoris diſcrimen apponere. Eſt autem humor hic pituita craſſior, minuſque flatulentus: qualis in vrinis ſubſidet maximè quæ copioſum ex voracitate ſedimentum elixis fabis ſimile continent. Atqui talis humor ſæpe illis vniuerſim per aluum ductus eſt, qui ab exercitijs quidem abſtinuerunt, cibis autem liberaliſſime vſi ſunt, balneiſq; in ipſo paſtu. Imò & huic humori ſicut pituitæ albedo quædam decolor in toto corpore ſubſiſtit. Inter reliquas pituitæ ſpecies, alia dulcis eſt, alia acris, alia ſalſa. Prior ſomnolentos facit: altera cum abundat, famelicos: tertia ſitibundos. Cruda verò cibis faſtidiū parit. Aliæ paulo maiorem naturali ſomnum conciliant. At crudus humor, quemadmodum dulcis pituita, euidētius hoc efficit. Demonſtratum nanque eſt alibi ſenſuum principio humectato,, & frigeſcente ſoporoſam ſequi conſtitutionem: quemadmodum ſicceſcente, & calefacto eodem bilioſi omnes propter vtranq; bilem inſomnes agunt. In atra præcipuè adeſt moroſitas, animi dimiſſio: et ſine ratione triſticies. Quòd ſi non vniuerſo in corpore prædicti humores inundauerint, in vna verò particula quapiam congeſti ſint, tumores præter naturam ipſis corporibus generant: de quibus in alio opere conſideratio inſtituitur. Atque ipſa nunc illorum dicta ſymptomata præter colorem malum, cerebrum, & ſtomachum occupāt. Etenim vigiliæ & ſomni cerebro, cupiditates cibi & faſtidia ſtomacho alijs aliàs diſpoſito accepta ferūtur. Clarum verò eſt os ventriculi, ſtomachi nomine hic vocatum, in quo pituita collecta, vt paulo antè recenſuimus, appetitiones excitauit. Qui flaua bile abundant, ſitibundi, nauſibūdiq; euadunt, os ipſis amarū eſt. Ex atra ſubmiſſi animo, & mo

roſi

roſi, horribiles, à potu abſtinentes, ſpuma pleni. At oẽs cibũ non refugiunt: ſed quidam ex ipſis liberaliter ſatis edunt, quibus atra bilis acri qualitate exuberat. Hoc autem euenit, vbi ipſa malignior euadit. Cęterum vel vt ſanguinis fex tantum eſt, nondum exacte acris. Pręſtiterit forſan huiuſmodi humorem non atram bilem, ſed melancholicũ, quatenus ita dicitur, appellare, quemadmodum conſueuimus: ideo, quod atrę bili vicinus ſit, eiúſque naturam ſtatim ſubiturus. At de vitioſorum humorũ differentijs tũ quòd nec plenitudinem ipſos vocare licet, ſermonem inſtituere tempus hoc non poſtulat: verũ non ſimpliciter id quod redundat, quomodocũque inuenire, ſed de plenitudine agere nobis eſt propoſitum. Hæc autem eſt humorum in animantis corpore abundantia. Neque igitur particularium tumorum, neque vitioſi humoris ſpecies in hoc ſermone audire deſiderandum eſt, ſed cum vniuerſi vel iuxta priſtinam proportionem increuerint, vel exiguum quendam exceſſum vnus inter eos acceperit. Itaque ſanguis in plethoricis ſtatibus vehemẽter poteſt pręcellere: alium humorũ nullus. Etenim cacochymia nunc (quam vitioſum humorẽ interpretati ſumus) huiuſmodi vocabulo, non plenitudinis adhuc, neque plethorę nominatur. Quare pulſus etiam in cacochymijs humorum naturę peculiares omnino ſunt. In ſuperioribus copijs non ſimiliter manifeſtas edunt differẽtias: quia humor ſuperfluus ſanguinis paululum admixtũ prorſus habet. Vbi ſane vehemẽter exuperauerit, tales pulſus ob bilem oriri neceſſe eſt: quales ſequi diximus exiccato corde, & incaleſcente. Propter atram rurſus eiuſmodi, quales, ſi refrigeretur idẽ, ſicceſcatq; ꝓuenire docuim⁹. Eadẽ ratione ſi quãdo pituita alios vicerit pulſus frigidæ, humidæq; diſpoſitionis indices procreabit. Sanguinem adamuſſim naturali habitu pręditum, nulla priſtinæ conſtitutionis immutatio comitatur. Cum humido magis abũdat, pulſus itidem immutãtur: veluti ſi calidior, aut frigidior, quàm antea fiat. Porrò huius generis vniuerſa in opere de pulſibus diſtincta ſunt. In præſentia tantum dixiſſe ſatis eſt, ſanguinis videlicet ex otio, humidóq; victu, aqueis recrementis in eo redundãtibus, humidiorẽ atquè prius euadere: ex ira, exercitijs, ęſtu, frictione, medicamento calefaciente, alimento ſimili, vino meratiore, vetuſtioréq; calidiorem: quemadmodum ex frigore quodam ſubito, frigidiorem. Quòd ſi quiſpiam cibis ſiccioris temperamẽti, alia tamen nulla intẽperie præditis plenius vſus fuerit, ſanguis illi ſiccior futurus eſt. Quinetiã coniũcti humidior, & frigidior: vel frigidior, & ſiccior, calidior & humidior, vel calidior, & ſiccior ob pręedictas cauſas, ſine alterius cuiuſdam humoris ſuperãtia reddetur. At ſi propter illorũ conuiuentiam intemperiẽ ſubeat, hæc cũ vitioſo humore talis conſtituetur: quæ etiamnũ ſanguine vel calidiore, vel frigidiore humidioréq; impendio fieri dicitur. Pari modo iuxta alias ſex intẽperies, vniuerſę nãq; numero ſunt octo. Secus autem ꝙ cum

ſolus

ſolꝰ ipſe ſua natura talis fuit. Iā verò pulſus in octo tēperaturis ſpeciē illam obtinebūt: qualē in cōmētario de pulſibꝰ explicauimꝰ. Verū ſolius ne ſanguinis ſit, an humoris cuiuſpiā ei admiſti diſtīguēdū eſt pręſenti corporis totius colore, alijſq; ſymptomatibus, quę de ſomno, vigilia, vel appetitu & cibi faſtidio, alijſq; antè paulū cōmemorata ſūt. Ad hęc priore victꝰ ratione, exercitijs, & ijs quę ipſi ęgro accidere cōſuerūt. Inſuper anni tēpore, loco, & naturali corporis denſitate, atque raritate. Etenim ſatius eſt ex omnibus, fidem dignotioni aſtruere, non ex vno, vel duobus, probè ſcientibus ſolam ipſam in arte plurimum coniecturæ acceptum ferre. Dico iam hanc artis partem, quæ omni dignotioni ſeruit, non modo cacochymiæ, vel plenitudinis: quas nunc diffinire inſtituimus. Siquidem actiones, vel morborū cauſæ, vel remedia exactiorem habent notitiam. Diximus de his ipſis copioſius alibi. Atque nunc ſatis erit, præpoſito abunde diffinito, in eodem manum ſupremam operi imponere. Abſolutus autem ſermo euaſerit, ſi exemplum adhuc ei ſubiungatur. Fingamus iam homini nulla febre laboranti venas plenius intumeſcere, & vniuerſum corpus rubere. Conſiderandū igitur venit, an nulla calefaciens cauſa ei acceſſerit. Si enī appareat, melius erit, donec ex illa motus in toto corpore cōſtituatur, dignotionē differre. Quia nec iraſcentem, vel lotum, vel lauātam ſe, vel exercitatum, vel vino recenter impletum, vel alio quouis modo calefactum dignoſcere conuenit, ſed motionibus externis omnibus quietis. Nam ſi tunc eiuſmodi appareat, ſanguinem homini ſuperfluum eſſe iudicabis. Inde alia ſunt inſpicienda: primo ſanè, quæ maximā habent virtutem, deiceps reliqua. Oſtendimus grauitatem, tenſionem, ad motum pigritiam: mox pulſus, vigilias, ſomnos, appetiones cibi & faſtidia, alia'que ſimilia. Poſtremo præcedētia ſingula quæ copiam faciunt, an conſueta quæpiam excretio ſuppreſſa ſit, an exercitatio neglecta, an pleniores valētiſq; materiæ cibi aſſumpti ſint, an poſt alimēta īſuetis balneis vſus fuerit. Ad hęc quoq; an crebro plethoricis morbis corripitur. Accedunt his omnibus iudicia à loco, & anni tempore ſumpta, vel aliud tale velis apponere, nō æqualem omnibus cauſam diſtribues, ſicut nec in alijs artis partibus. Nonnullæ ſiquidem notæ ſcientificæ ſunt, vt tenſio, grauitas, venarum tumor, pigritia, color, pulſuum motio, cunctis videlicet acceſſorijs motibus ſeparatis. Nōnullę ab his declināt, velut recremētorū cohibitio, vita otioſa, cibi plures, & valētes, atque poſt nutritionem balnea. Vbi nanq; vniuerſa cōueniunt ſciētificis vicina fiunt. Tertium præter hæc ordinem occupant, ſi ex conſuetudine plethoricis affectibus homo conflictatur. Deinde loci temporūq; ratio eſt, quæ ipſa omnia conſtituit. Quoniam hyeme, & vere, & temperatis regionibus plenitudine magis cōfligitur. Calidis, & ſiccis anni temporibus, & locis minus. Ita cute denſi, crebrius: rariores non item.

FINIS

POLYBVS DE SALVBRI VICTVS RATIONE PRIVATORVM,

Guinterio Io anne Andernaco interprete.

PRIVATOS HANC VIVENDI RATIONEM SEQVI OPORTET: Hyeme plus eſſe: minꝰ bibere cōuenit. Sed potioni vinū quàm meraciſſimū: eſui panis exhibēdus eſt. Carne potius aſſa, modicè oleribus vtendum. Huiuſmodi nanq; alimentis corpus & ſiccum & calidum euadet. At Vere potioni adijciendum: ſed paulatim tamen & dilutius bibendum eſt. Cibo demendum, eo'q; molli, pulte videlicet magis, quàm pane, magis oleribus vtendum eſt. Eadem lege tranſeundū paulatim ab aſſis ad elixa. Aeſtate verò cibo minus duro: & elixis, & oleribus tum crudis, tū coctis: potione multa corpus æget. cauendum tamen, ne magna ſubitò dictorū fiat mutatio. Eo tēpore aptiſſima ſunt, pulticula mollis, caro elixa, potio quàm dilutiſſima. Atq; hæc ita obſeruanda ſunt, vt corpus molle ſit, & frigidum. Nam id calido anni tempore, & ſicco, exuritur ſqualidúmque redditur. Itaq; his ratiōibus tueri oportet. Pari aūt modo ex Vere in Aeſtatē, ſicut ex Hyeme in Ver cōſtituere: cibis demendo, adijciendo'q; potioni. Rurſus ex Aeſtate in Hyemē traducere, dū annus abſoluatur, expedit. Per Autumnū cibo paulò pleniore, & ſicciore vti licet. Minus, ſed meracius, bibere. Quemadmodum, vbi Hyems bona contigerit, meraca etiam magis & exigua potione: cibo pleniore, & vehementer ſicco vti. Ita enim hoc frigido admodum & humido tēpore optima valetudine frueris, minúsq; frigus ſenties. Quod ad habitus & ętates attinet, plenis, mollibus, rubicūdulis ob tēperaturę humiditatē ſiccior victus ex vſu eſt. Gracilibus, duris, ruffis, & nigris humidior. Nā huiuſmodi corpora ſicca ſunt. Iuuenibꝰ autē rarior & humidior: quorū ætas ſicca eſt, & corpora magis indurauerūt. Senibus magna ex parte ſiccior aptus eſt. Siquidē humidi, molles, & frigidi ſunt. Proin de habitus & ætatis, & temporis anni ratione, vitę modum inſtituere oportet, qui præſentibus & calori, & frigori contrarius exiſtat. Sic enim potius ſani degemus. Per hyemem celeriter ambulandum: æſtate conquieſcendū eſt: aut non in ſole ambulandum. Obeſis cita ambulatio, gracilibus lenta cōuenit: per æſtatem frequenti balneo, hyeme rarò vtendum eſt: idque magis tenuibus, quàm plenis. Eo quoque tempore corpus veſte pura, per æſtum vili lacerna velandū eſt. Obeſi, qui graciles fieri cupiunt, labores vniuerſos ieiuni ſubibunt, & ſudantes adhuc, necdum refrigerati cibum aſſumēt: vinum temperatum, & non perfrigidum prius bibent: epulæ, ſeſanum atque id genus alimenta dulcia ſunto, ea'que copioſa. Sic enim vel pauciſſimis bel

larijs

larijs ſaturantur. Semel die cibus aſſumptus, rarum balneũ, lectus per æſtatem terra, hyeme durum cubile, ſine veſtibus obambulatio, quãta maximè fieri poteſt, conducit. Qui tenues ſe implere volunt, prȩter alia, quȩ plenis contraria facient, modicè ieiuni exerceri debent. Vomitu verò, & vētris deiectione à medicamento petita ſic vtendum eſt. Sex hybernis menſibus vomere vtile eſt. Nam & pituitæ plus, & capitis grauitas ſubeſt. Adhȩc dolor præcordia exercet. Deiectionis æſtate vſus eſt. Tum enim æſtus bilioſum corpus reddit, grauitates lumbos fatigant, & genua calore infeſtantur, vētris oriuntur tormina, & diſtorſiones. Iam vero ſuperiores corporis partes, per inferiores purgandæ ſunt. Deiectio autem plenioribus & humidioribꝰ à medicamento magis ſalſo: ſiccioribus autem, & tenuioribus, & imbecillis à pinguiore, craſſioréque petatur. Pingue igitur & craſſum eſt lac, aqua ex cicere cocta, atque hoc genus alia: tenue & ſalſum olus, aqua marina, reliquaque huiuſmodi. Vomitus prouocãdi hoc pacto ſunt. Craſſiores ieiuni, & curſu, citáque ambulatione exercitati medio die vomere debent. Potui ſumant hyſſopi ſeſquicyathum, aquæ congio intriti, eúmque totum bibat, aceto ſaléque adiecto, quò edulceſcat. Primum lentè, mox citius potandum eſt. Tenuiores, magisq; imbecilli à cibo vomitum ita mouebunt: Loti calida, meri cyathos tres bibent, dein epulas varias aſſumēt: verũ ſine potione, neque poſt has bibendum eſt, niſi tanto interuallo, quanto ſtadia quatuordecĩ expedias: pòſt vinis tribus cõmiſtis vtendũ eſt, auſtero, dulci, & acri. Primũ meracius & modicè paulatimq; bibere: poſtea dilutius, liberalius, & citius conuenit. Qui vomere bis in menſe vult, melius conſulet, ſi biduo continuarit, quàm ſi poſt quĩtum decimum diem vomuerit. Alij ſecus faciunt. Qui poſt epulas vomere volunt, vel quibus aluus aſtricta eſt, his omnibus die ſæpius, varíoſq; cibos eſſe: tum vina bina, aut terna bibere expedit. Quibus vomitus non eſt vtilis, venter autem ſanus eſt, his contraria ſuperioribus conueniũt. Pueris calida lauatio longo tēpore apta eſt: vinũ dilutius: neque omnino frigidum. Hoc autem exhibendum eſt, quod ventrem minimè attollit, perturbatq; & inflationes parit. Quæ omnia cõducunt ne cõflictentur, ſed maiores, coloratioréſq; fiant. Mulieribus ſiccior victꝰ ex vſu eſt. Etenim cibus ſiccus, potio meracior carne mollibus idonea eſt: adhæc ſecundis, & fœtui nutricēdo potior eſt. Qui corpus exercēt, per Hyemen currere & colluctari debent: Aeſtate luctandũ modicè, currendum nihil eſt. In frigore multa ambulatio conuenit. Qui curſu fatigantur, luctari debent. Qui ex lucta fatigationem ſentiunt, his currēdum eſt. Quibus exercitatis, ventris profluuia oboriuntur, & cruda incoctáq; deijciuntur, ijs exercitiorum pars tertia, ciborũ dimidia prorſus demenda eſt. Quippe venter eorum copiam continendo non eſt. Ad hoc panem quammaximè aſſum ex vino eſſe oportet: bibere verò nimis q̃ modicè, ſed meracius.

cius. Semper autem poſt cibum conquieſcere: qui ſemel die tunc aſſumendus eſt. Hac enim ratione venter ſibi cõmiſſa maximè confouet, mutatq́;. Accidũt huiuſmodi profluuia potiſſimũ ijs, quę ex victus cõſuetudine carnem denſam acquiſierunt. Nam venæ denſiores alimenta non recipiunt. Atqui tales in eodem habitu ſubſiſtere diu non poſſunt. Sed in alterutram partem declinant. Qui rariores cute ſunt, & hirſuti magis, carnis eſum ex facili admittunt: labores magis ſuſtinent, diúq; bono corporis ſtatu fruuntur. Qui cibos poſtero die eructant, & præcordijs dolent, ijs veluti crudis adhuc cibis, diutius dormiendum eſt: nouum genus laboris ſubeundũ eſt. Vinum meracius, largiúsq; bibere oportet: cibis vti pauciſſimis. Quippe conſtat ventriculum imbecillitatis frigoriſque vitio ciborum copiam concoquendo non eſſe. Qui ſiti premuntur, parcius edent, minúsque laborabunt, vinum dilutum, ſimul & frigidiſſimum bibent. Quos dolores viſcerum infeſtant, vel ex labore, vel alia quadam ambulatione, ſine cibis recreandi ſunt: modica potio conuenit, maximéque ea quæ moueat vrinam, quo venæ ex viſceribus prodeuntes, repletę non diſtendãtur. Nã hinc ĩflationes febréſq; oriuntur.

τέλος

APVLEIVS PLATONICVS DE HERBARVM
uirtutibus.

IOANNIS PHILIPPI DE LIGNAMINE
Equitis Siculi.S. N. D. Sixti quarti familiaris, ad illuſtriſsimum & reuerendiſsimum D. *dominũ* F. *de Gonzaga*, Car*dinalem Mantua-num.*

CVm mecum cogito, ampliſſime princeps, aduentũ me=
um ad illuſtriſſimum principem Lodouicum, Marchi/
onem Mantuanum, patrem tuum, ad quem miſſus ſum
à Sixto Pontifice maximo, vt eum roſæ aureæ munere
donarem, in mentem venit ordo, prudentia, ſapientia,
diſciplina, quibus vrbem Mantuam quibuſdam firmis
gubernaculis regeret: quam inſtitutionem ciuilem plurimos dies libenter
& ſtudioſe cõtemplatus, præter vrbis ornamenta exquiſitiſſima, cuius nõ
tam inſtaurator quàm fundator ab omnibus facile dictus eſt, præter ſuorũ
ciuium & aulicorum mores caſtigatiſſimos, & principis ſui nequaquã diſ/
ſimilimos: facile fateor eam eſſe meorum temporum ſortem, quibus vide=
tur ætas illa aurea, quæ ſub Saturno fuiſſe ſcribitur, comparari poſſe. Mea
autem tempora appello regnũ feliciſſimũ Alphõſi regis: cuius animi ma/
gnitudinem, munificentiam, liberalitatem, prouidentiam, iuſtitiam, for/
titudinem in præſentia reticeo, cum eius innumeræ virtutes per omnem
Italiam eluceſcant. Videbatur autem diuino munere & conſilio factum:
vt cum tot Italiæ lumina pœnè omnia extincta fuerãt, quales ſanè (quem
propoſui) Alphõſus Arragonum rex, Philippus & Frãciſcus Sphortia, cla=
riſſimi Inſubrium & Ligurum duces, ille ſolus conſeruatus erat: ne ſcilicet
clariſſima Italia quaſi mater vno tempore, vniúsque fortunę ictu, cunctis
filijs orbaret, & adeſſet qui rerum & tẽporũ viciſſitudines & varietates ſua
prudẽtia, & ſapiẽtia moderaret, regeret, gubernaret, dubijs & animi pẽdẽ=
tibus cõſuleret, lapſos proſtratos'q; erigeret, oppreſſis opẽ ferret, felicémq;
fortunam & ſtatum quàm ſapientiſſimè conſeruaret: quod eo melius face=
re poterat nemo, cui & ſcientia rei militaris, & animi magnitudo, & auto=
ritas ac felicitas inerat. Ab ineunte enim ætate, in militiæ diſciplinam pro=
fectus, non ſolum æqualium ſuorum, ſed eorum etiam omnium qui ætate
eum multò anteibant ſtudio induſtria'que militari, labore, vigilantia, ex/

ercitatione aſſidua currendi,iaculandi,equitandi,facilimè ſuperabat: frigo ris,caloris,inediæ, ſitis patientiſſimus ſupra ætatem & ſortem. Inter belli= coſiſſimos viros conſilio,manu,autoritate, haud dubiè princeps, qui cum omnia in vnius fortunę poteſtate atq; arbitrio poſita ſint,ſic cū eo eſt actū, vt res ſuæ,ab ea auctæ, ornatæ'q; plurimū,omnino diminutæ nil eſſe viſæ fuerit. Reliquę verò virtutes quę rei bellicę pręſidio,adiumētoq; ſunt,dici non poſſet q̄ perfectę quamq; innumerabiles in eo fuerunt: quas eò pluris facere ſoleo,quo neq; fortunæ,neq; veritatis rerum, euentorúmq; his vllus eſt locus. Innocentiam primò dico,deinde omnibus in rebus modeſtiam, fi dem, facilitatem,humanitatē,ingenium, religionē, multas (vt in homine militari) præterea literas:quæ omnia in eo vno erāt tanta, quanta in omni= bus ſingula nūquam fuerunt: quem,vt ita dixerim, in ipſis cunabulis Pal= las videbatur aluiſſe:tradidiſſéque non ſolùm ei ſapientiam cæterasq; vir= tutes,verumetiam haſtam & ęgida, vt illius rempub. & ciuitates,gentes, populos regeret,& gubernaret. His verò hoſtes inſolentiſſimos, pacis & quietis inimiciſſimos q̄ fortiſſime pelleret, exturbaret, profligaret:neq; ſo= lùm dixerim vniuerſam Italiam,ſed totum pœne orbē huiuſcemodi prin cipibus,& exercituum imperatoribus ſpoliatum, qui domi militiæq; va/ lerēt, qui ciuitatum & publicarum rerum gubernationibus digni eſſent:in quorum prudentiam & vera conſilia, nihil noui aut inopinati poſſet acci/ dere,quorum integritatem nemo fallere aſtutia, nemo auro corrumpere, nemo circumuenire inſidijs poſſet. Ego, reuerēdiſſime & ornatiſſime prin= ceps, annos iam pœne quiquaginta natus,& varia mundi fortuna vſus,qui mores hominum multorum & vrbes vidi, dum veteres pricipes memoria repeto,qui ætate noſtra illis comparari queant,præter patrem tuum inue= nio neminem. Clariſſima enim Gonzagorum familia ſeptingentos annos & eo amplius effloruit,quod dictum à me verè non blandè accipias velim: vbinam obſecro terrarum & gentium inuenias tres quatuorve principes huiuſcemodi,quales tibi antea commemoraui? Quis enim eſt ex noſtri tē poris principibus,qui virtutis ſtudioſos exquirat, prouocet,primis alliciat donis, proponat ſtipendia? Nemo omnium eſt præter te qui patrem imita= ris, qui ſibi hanc laudem potuerit vendicare: tu enim, vt maxima ingenij, doctrinæ, dignitatis,religionis,ſapientię ornamenta ſileam quibus prædi= tus es, ætatis noſtræ ita omnium opinione facilè princeps es,pace aliorum dixerī,vt īter viros illos quos antiquitas tantopere admirata eſt,cui cōcedas nō facilē reperias:nō modò ęquas,verūetiā ſuperas. O feliciſſimos parētes, tali filio dignos:parentes,inquam,ne Barbaram matrē ſilentio pręteream. Equidē nūquam vidi minus barbaram, imò potius (vt dicam quod ſentio & quod in confeſſo eſt) magis ſapientem:rectéque vſurpari poteſt quod de ſe prædicare Marcus Tullius ſolebat, facturum ſe Ciceronū nomen longe

q̃

q̃ & Lẽtulorum & Fabiorum illuſtrius: qꝫ ſi hoc tẽpore nouare rebus vocabula auderem, profectò ſapiẽtiſſimè non niſi barbarè appellarẽ. Ita ab ea id vocabulum omnium virtutum genere ornatum, auctum, illuſtratum eſt. Sed quorſum de matre tua? Nam etſi virtutes in eo libello, quo clariſſimarũ illuſtriúmq; mulierum nomina complexus ſum, attigi, tamen tot tantæq; ſunt, vt fatear, ſi mihi eſſet Ciceronis facũdia, me non modò non multis laudibus efferre, ſed ne recenſere quidem poſſe. Superiori tempore omnis ſpes mea in principe illo munificentiſſimo, rege meo Alphonſo, item in Ludouico patre tuo repoſita & fixa erat, quem fata (proh dolor, proh deorũ maieſtatem) abſtulerunt, à quo non mediocre auxilium in meis rebus afflictis fueram aſſecutus. Nam niſi ſua liberalitate & munificẽtia, qua in me vſus eſt, cum ad vrbem Mantuam profectus ſum, me hactenus ſuſtẽtaſſem, in medio pœne curſu omnino defeciſſem: nunc verò omnem vitæ meæ quæ ad viuendum reſtat ſpem in te ſolo repoſui & fixi, quare à me in primis & à cęteris omnibus qui virtutẽ colunt, Deus Opt. Max. rogandus eſt & obſecrandus, vt te ad vtilitatem omnium diutiſſime & feliciſſime ſeruet. Eſt enim domus tua aſylum, & refugiũ omnibus oppreſſis, & calamitoſis, ſubſidium his qui auxilium implorant, ſalutare conſilium deceptis & laborantibus: nullũq; virtutis genus eſt, quod apud te non inueniat laudem, premiũ, & requiẽ. Ita vt non ſolùm iis quos paulò antè noĩaui prĩcipibus, ſed etiam veteribus illis cõparandus ſis, quibus vt tibi, ſtudiorum & religionis tuendæ, & amplificandæ cura fuerit, omnésque virtutis ſtudioſos ad virtutem colendam, vt olim Athenienſis populus Periclem, coronarunt. Sed ne longior ſit oratio mea q̃ ipſe libellus cui præponitur, Apuleiũ Platonicũ de viribus herbarum, nuper apud Caſſinum inuentum, & diligenti ſtudio correctum, opus ſane elegantiſſimum in eo dicendi genere, amplitudini tuæ dicaui & tribui: vt intelligeres me tui patris, tuorúmque meritorum magnitudinis memorem eſſe, vt ſi quando corpus tuum (quod abſit) in aliquod morbi genus (ſiquidem vita noſtra vt breuis, ita variis morborum generibus expoſita, & obnoxia eſt) inciderit, habeas vnde remedia philoſophica, naturalia, ſalutaria potius q̃ medicorum, & artificio comparata petas. Fuit enim vir iſte Platonis diſcipulus, & hunc laborem non inuitus ſuſcepit ad communem mortalium vtilitatem: vt ſcilicet medicorum auaritiã & fraudes plerunq; admixtas tolleret, quod in prooemio ſuo ipſe teſtatꝰ eſt: & huiuſcemodi opuſculum ex Chyrone Cẽtauro & præceptore Achillis quondã mutuatus eſt: quod tu cum vacuus fueris leges obſecro libẽter, & feliciter, & cæteri mortales nõ minus Apuleio autori q̃ tibi, cuius cauſa & autoritate opus in lucem venerit & circumfertur, debebunt. Vale glorioſiſſime princeps & diu hoc munere meo fruere.

EXORDIVM IN
herbarium

APuleius Platonicus ex pluribus paucas vires herbarum, & curationes corporum, ad fidem veritatis monumentis publicis tradidit. Breuibus ille quidē, ſed tamen omnino commodè, & pro ſui ingenij ratione. Peſſimè enim oderat quorundam ſtupiditatem verboſam, & ſtupidā honoris cupiditatem, qui cum toti ex imperitia concreti eſſe viderentur, medici titulo celebrari quęrerent: nihil non ſibi arrogantes inani verborum ambitione: quaſi verò medicum venditatio redderet, ac non potius ratio & facultas curandi malè adfecta hominū corpora. Ego verò, Marce Agrippa, cum in animo habeam artis meæ commentariū tibi probare, fuſius aliquantò cogor rem tractare. Nam medicamenta pręſcribens ceu piaculum quoddam exiſtimo præterire effectus. Sed tamen ita ſingula tempero, vt quicquid hoc eſt, quod tibi muneri mitto, tum ciuibus meis, tum peregrinis etiam & externis (rumpantur inuidia licet maleuoli medici) valde profuiſſe conſtet.

Herba prima Vettonica. I.

¶ Dicitur à Græcis Prionites: alijs Pſychotrophon: alijs Syderitis: alijs Cyſſaros: alijs Pharpharia: alijs Athanatos: alijs Perone: alijs Porpacion: alijs Diprynion: alijs Indice: alijs Theriophonos: alijs Hierobotane: alijs Coſmice: alijs Pandonia: alijs Vettonica: alijs Serratula.

HErba Vettonica naſcitur in pratis & in montibus, locis mundis & opacis, circa frutices: animas hominum & corpora cuſtodit, nocturnas ambulationes, & loca ſancta. Lege eā mēſe Auguſto, ſine ferro: eā'q; tibi excute, ne terra inhęreat, & in vmbra arefacies, atq; ita teres cum radicibus ſuis, & cribro aromatico molliſſimè in puluerē redactā cernes. Cum volueris vti, ſic vteris.

Ad capitis fracturam.

¶ Herba Vettonica contuſa, & ſuper caput impoſita, vulnus celeriter glutinat, eò quidem efficacius, ſi tertio re facta, recentiori frequentius impoſueris, donec ſanus fiat. Eius poteſtas tantam fertur habere vtilitatem, vt oſſa quoq; fracta, vi ſua extrahat.

Ad oculorum vitia vel dolores.

¶ Herbę Vettonicę radicē in aqua ad tertias coquito: ex ea aqua oculos foueto, ipſa eius folia trita, ſup frōtē imponito.

Ad auriū vitia, vel dolorē.

¶ Herbæ Vettonicæ recentis folia mitte in aqua, & madefacta & trita, ſuccum eius excipito: deide tepefacito, & in aurē ſtillato: lana'que cooperta mirè prodeſſe creditur.

Ad caliginem oculorum.

¶ Herbæ Vettonicę drachmam vnam, aquæ calidę cyathos quatuor ieiunus bibat.

Ad ventris dolorem.

¶ Herbę Vettonicę drachmas tres & vini aminei cyathos tres, piperis gra

na.xvij.Omnia cōtrita & calefacta, ieiunus bibat.

Ad aluū cōcitandū.

¶Herbæ Vettonicæ drachmam.j.aquæ calidæ cyathos duos ad bibendū dato:his autem duntaxat hæc erit apta compoſitio,quorꝫ nō ex cruditate inteſtina torquentur.

Ad coli dolorem,id eſt colicum.

¶Herbæ Vettonicæ drachmas.iiij.hydromelitos cyathos.viij.ad bibēdū dato,ventrem pręſentaneum mouet.

Ad tuſſim.

¶Herbæ Vettonicę ſuccus,cū vino auſtero æquè ꝓficiet,herbę vettonicę vncias.ij.ex melle accipiat per dies nouem.

Ad quotidianas.

¶Herbæ Vettonicæ vel pulegij drachmas ſingulas,aquæ calidæ cyathos decē ſub acceſſione dato bibere,ſanabitur.

Ad tertianas.

¶Herbæ Vettonicæ drachmas.iij.aquæ calidæ cyathos.x.ſub acceſſione dato bibat, ſanabitur.

Ad quartanas.

¶Herbę Vettonicę drachmas.iij.mellis attici vnciā.j.aquę calidę cyathos iij.vino mixta ante acceſſionē da bibat, ſanabitur.

Ad veſicæ dolorē.

¶Herbæ Vettonicæ drachmas. iiij. apij radicis drachmas.iij.decoque in ſextariū aquę ad medias:cum decoctæ fuerint,herbæ vettonicæ in ſe per=miſcebis:dabis bibere per dolorem,imperpetuum ſanat.

Ad calculoſos.

¶Herbæ Vettonicæ drachmas.iij.ex aceto ſcyllitico,& mellis vnciā vnā, & aquæ calidę cyathos nouem bibat & ſanabitur.

Ad hydropicos.

¶Herbæ Vettonicæ drachmam vnā, & aquæ calidæ cyathum vnum da triduo bibat, ſanabiť.

Ad mulieres quando partu laborāt & febricitāt.

¶Herbæ Vettonicæ drachmas.ij.aquę calidæ cyathos.iiij. ſi ſine febre fu erit,ex mulſa cyathos.ij.da bibere,ſanabitur.

Ad paralyſim.

¶Herba Vettonica trita & impoſita neruos etiā præciſos glutinare,& per=ſanare creditur.

Ad horrores.

¶Herbæ Vettonicæ drachmas duas,aquæ calidę cyathos ſex,vini auſteri cyathos duos ſub acceſſione da bibere,mirè ſanabitur.

Ad mulieres quibus loca à frigore vexantur.

¶Herbæ Vettonicę drachmas.iij.aquę calidę cyathos.iiij.da ieiune bibat, triduò remedia ſentiet.

Ad ſanguinem qui per os reijcitur.

¶Herbæ Vettonicæ drachmas.iij.lactis recētis caprini cyathos.iij.triduò bibat, continuò ſanabitur.

Ne ebrius quis fiat.

¶Herbam Vettonicam prius ſumat.

Ad euerſos de vehiculo.

¶Herbæ Vettonicæ drachmas tres,vini veteris cyathos duos calefac,tū bibat.

Ad carbunculos.

¶Herbæ Vettonicæ drachmam vnam,aquæ calidæ cyathos duos bibat. Item herba Vettonica cum axūgia trita plagę imponatur, ſanabitur.

Ad eos qui perfrictionibus laborant.

¶Herbę Vettonicę vncias decem ex vini cyathis quatuor bibat triduò, & ſanabitur.

Ad Ictericos,id eſt, morbo regio qui ſunt auriginoſi.

¶Herba Vettonica admixta ex vino cyathos.iij.frequenter bibat.

Ad laſſos de via.

¶Herbę Vettonicæ drachmã vnam,vini & oxymellis cyathos tres potui dato. Item herbæ vettonicę ſiccæ puluerẽ.I. ex vino cyathos duos in aqua calida mulſa dato eis qui aliquo ictu læſi fuerint, vel de vehiculo lapſi ſunt.

Vt facile concipiat.

¶Herbæ Vettonicę drachmas.iij.mellis vnciã coquito donec dureſcat,ex aqua calida cyathos duos bibat.

Ad eos qui cibos retinere nõ poſſunt.

¶Herbæ Vettonicæ drachmas quatuor,mellis decocti vnciã:paſtillos ex his facito quatuor,paſtillum vnum glutiat, aquæ calidæ cyathos quatuor potui dato.

Ad ventris dolorem vel tumorem.

¶Herbam vettonicam cum vino tritã opponito, potenter facit.

Ad ſerpentis morſum.

¶Herbę Vettonicę drachmas.iij.in vini heminis tribus dilutum,& potui datũ,omniũ ſerpentiũ morſum ſanat.

Ad venenũ ſi quis ſumpſerit.

¶Herbæ Vettonicæ drachmas.iij.ex vino cyathos quatuor,ſtatim reijcit venenum.

Item ad ſerpentum morſus.

¶Herbæ Vettonicę drachmam vnam,vini nigri cyathi tres:trita & illita vulnus ſanant.

Ad canis rabioſi morſum & lumbricos.

¶Herbam vettonicam contuſam,morſui imponito.

Ad fiſtulas.

¶Herbam vettonicam contuſam rotũdam facito,obliga & expurgat.

Ad lumborum & coſtarum dolorem.

¶Herbæ vettonicæ drachmas duas ex mulſo potui dato febricitanti cum aqua calida: lumborum dolorem ſanat mirificè.

Ad podagram.

¶Herba vettonica ad tertias decocta aqua & potui data, ipſa'q; trita & im poſita mirè dolorem lenit,expertus affirmat.

Herba Plantago. II.

¶Alij heptapleuron:alij plãtaginẽ maiorẽ,à Gręcis arnogloſſon,Galli carbidolupon: alij aſter: alij arnion, Hiſpani tyricam vel theſaricam:alij ſeptrocimam:alij probation:alij paupleuron:alij polyneuron tonſion:alij cynogloſſam, Dacij ſipotax:alij poruo,Itali plãtaginem latam:alii polypleuron.

NAſcitur in paludibus plurimum & pratis.

Ad capitis dolorẽ.

¶Herbæ plantaginis radix collo ſuſpenſa dolorem mirè tollit.

Ad ventris dolorem.

¶Herbæ plantaginis ſuccus tepefactus fomẽtando vẽtris dolorẽ tollit mirificè: & ſi tumor fuerit,tuſa & ĩpoſita tollit tumorẽ.

Ad dolorẽ ĩteſtinoꝝ.

¶Herbæ plantaginis ſuccus potui datus, & interiora ſanat,& thoracẽ hominis purgat mirificè.

Ad dyſentericos.

¶Herbam plantaginem cum lente coquito, da manducandam,ventrem

ſtringet.

Ad eos qui purulentum excreant cum ſanguine.

¶Herbę plantaginis ſuccum dabis eis bibere, & ſanabūtur.

Ad vulnera.

¶Herbæ plantaginis ſemen tuſum, in vulnus ſparſum, vulnera citò ſanat, & refrigerat: & loca quę nimio calore vrgēt, perſanat.

Ad ventrē ſtrigēdū.

¶Herba plantago in aceto cocta, in mero bibitur, menſura cyathi vnius.

Ad morſum ſerpentis.

¶Herba plātago trita & cū vino ſūpta, cōmoda erit.

Ad morſū ſcorpiōis.

¶Herbæ plantaginis radix alligata, mirè prodeſſe creditur.

Ad lūbricos.

¶Herbā plātaginē cōtūdes, & ſuccū eius de cochleari, vel de ligula, dabis bibere: ipſamq; herbam tuſam in vmbilicū ponito.

Ad duritiā in corpore.

¶Herba plantago piſata cum axūgia ſine ſale, & quaſi in malagma facta, imponatur duritiei, ſtatim emolliet.

Ad quartanas.

¶Herbæ plantaginis ſuccum in aqua mulſa duabus horis ante acceſſionē bibat, miraberis effectum.

Ad podagram, & omnium neruorū dolorem.

¶Herbæ plātaginis folia contuſa, vel ſecta cum ſalis modico, & impoſita, optimè facere certum eſt.

Ad tertianas.

¶Herbæ plantaginis radices treis conterito, & ſub acceſſionem cum vino, aut cum aqua ieiuno da bibat.

Ad ſecundarum dolorem.

¶Herbæ plantaginis ſemen contritum, & potui datum prodeſſe creditur.

Ad vulnera recentia.

¶Herba plantago tuſa cum axungia ſine ſale imponatur, ſanus efficietur.

Ad eos quibus pedes ab itinere tumuerint.

¶Herba plantago contuſa cū aceto & impoſita, tumores tollere creditur.

Ad eos quibus vlcus ſecus oculum, vel ſecus naſum exoriri contigerit.

¶Herbę plātaginis ſucc⁹ exp̄ſſus cōtuſę, & lana mollis ſucco madefacta imponatur ꝑ dies nouē, ſanus efficietur.

Ad dyſentericos, ſiue torminoſos.

¶Herbæ plantaginis ſemen tritum pro polenta in vino calido dato bibat, ſanus efficietur.

Ad parotidas.

¶Herba plātago cū axūgia vetere piſata, & īpoſita, ſanat.

Ad vlcera oris.

¶Herbæ plantaginis ſuccus, & folia eius cocta in ore teneantur, & radix eius commanducetur.

Ad fiſtulas ſanandas.

¶Herbæ plantaginis ſuccus fiſtulis infundatur.

Ad morſum rabidi canis.

¶Herba plātago tuſa & impoſita facilè ſanat.

Ad oēs veſicę difficultates.

¶Herbæ plantaginis folia aut radices potatæ ex paſſo, fortiter medentur.

Herba Quinquefolium.

¶Græci pentaphyllon: alij pentatomon: alij pentapetes: alij pentadactylon: alij pſeudoſelinon: alij thymiatitin: alij callipetalō: Aegyptij orphitebeocen: alij hermodactylon: Itali quinquefoliū: alij xylolothon: alij pimpedonum: Daci propedulam: alij petroſidion: alij hepation: Galli pempedulam: Prophetæ onycha vocant.

Naſcitur

MAſcitur in locis pratenſibus,& cultis, & mundis, guſtatu aſpero, lacte molli.

Ad vitia articulorum,ſi percuſſa fuerint.

¶Herba quinquefolium tuſa cum axungia vetere,ſine ſale impoſita,ſanat.

Ad ventris dolorem.

¶Herbę quinquefolij ſuccum da bibat,ſine mora dolorem tollet:cochlearia duo dato.

Ad vitia oris,vel linguæ,aut gulæ.

¶Herbæ quinquefolij radices ex aqua cocta dabis,gargarizet,vitium tollet,& arteriam purgabit.

Ad capitis dolorem.

¶Herbæ quinquefolij folia circunſcripta ter digito medio & pollice,ſublata, contrita,& capiti illinita,efficaciter ſanāt:peracto remedio,loco puro reponi conuenit.

Ad ſanguinem de naribus nimium profluentibus.

¶Herba quinquefolij data in potum,vel illinita,reſtringit mirè.

Ad ſerpentis morſum.

¶Herba quinquefolij contrita,& potui data cum vino, mirè remediabitur.

Ad combuſturam.

¶Herba quinquefolium contrita & potui data cum vino, mirè auxiliabitur.

Ad cancrum execandum.

¶Herbam quinquefolium cum vino,& adipe ſuilla vetere ſine ſale, piſatā vino veteri aſpergis,& imponis.Legis autem eam mēſe Auguſto,rem vnicam experieris.

Herba Verminacia, uel Verbena. IIII.

¶Alij aryſtercon: alij viniaciam: Græci hierobotanum: alij cypariſſum:alij liciniam: alij dioſatum:alij demetriam::alij luſtraginen: alij petoromon:Aegyptij pempetar:alij columbinam:alij colleſſum:alij pythagorę:alij militariam:alij ſipiſection:alij vertatiperum.

NAſcitur vbique in planis,& aquoſis locis.

Ad vlcera & parotides.

¶Herbæ verminaciæ radix in collo ligata ſummè proficit.

Ad ſtrumas & parotides.

¶Herba verminacia tuſa & impoſita,mirificè ſanat.

Ad eos qui induratas venas habent, & cibos non recipiunt.

¶Herbæ verminaciæ ſuccum da bibat,& coctum miſce cum vino,melle, & aqua:ſtatim ſanat.

Ad hepatis dolorem.

¶Herbam verminaciam ſolſtitio lectam,& in puluerem redactam,robuſto dabis cochlearia quinque,ex vino quamoptimo cyathos tres bibat, ſtatim remedium ſentiet: pro cuiuſq; viribus ſic dabis.

Ad calculoſos.

¶Herbæ verminaciæ radicem contuſam ex mulſo tepido dabis, ſtatim ſuccurret:non ſolum ipſis calculoſis, ſed etiam quicquid eſt quod vrinam impedit celeriter deducit.

Ad capitis dolorem.

¶Herbæ verminaciæ corona facta,& capiti impoſita, dolorem celeriter tollit.

Ad ſerpentum morſus.

Herbam

¶Herbam verminaciam cum ſuis folijs & radicibus quiſquis cinctam occultam'que ſecum portauerit, ab omnibus ſerpentibus erit tutus.

Ad morſum araneorum, quos Græci phalangiones vocant.

¶Herbæ verminaciæ ramulos ex vino decoctos & cõtritos ĩponis plagę ſi caua eſt, aperiũt primũ vulnus, poſtea crudos cum melle contritos, vlceriq; audacter inſertos, maturè ad ſanitatem perducere, certus autor affirmat.

Ad canis rabioſi morſum, & ad hydropicos.

¶Herbam verminaciam vulneri apponito, triticiq; grana ĩtegra inducito vulneri, dũ hęc humore molliantur, inde illa gallinæ obijcito, ſi non appetierit, ſublati periculi ſignum erit.

Ad vulnera recentia.

¶Herbam verminaciam contritam cum butyro vulneri imponito.

Ad ictericos, id eſt morbo regio laborantes, & qui auriginoſi ſunt.

¶Herbæ verminacię drachma vna, nardi oboli tres, baccæ crudę foliorũ ſuccum exprime paulum, myrrhæ contritæ in aqua cyathos tres bibat, pelletur morbus.

Ad ſerpentium morſus.

¶Herbę verminacię ramulos ex vino decoctos, & cõtritos impone, plagã cum tumore aperit, & ad ſanitatem celeriter perducit.

Symphoniaca. V.

¶Gręci hyoſcyamum: Itali laterculum: alij caliculare m vocant.

NAſcitur in locis cultis, & ſabuloſis, & hortis. Eſt & altera ſubnigro colore, folijs horridis, id eſt, venenoſis: illa autem cãdidior has vires habet:

Ad aurium dolorem.

¶Herbæ ſymphoniacæ ſuccus tepefactus, & in aũrem ſtillatus, auriũ dolorem mirè tollit: & ſi vermes fuerint, necat.

Ad tumorem geniculorum.

¶Herba ſymphoniaca tuſa & impoſita, dolorẽ tollit.

Ad dentiũ dolorẽ.

¶Herbę ſymphoniacæ radicẽ coctam cum vino auſtero ſorbeat, & teneat eam in dente qui dolet, mox ſanat dentium dolorem.

Ad inguinũ dolorẽ.

¶Herbæ ſymphoniacæ radix alligata in fœmore, & dolorem & tumorẽ inguinum tollit.

Ad iocineris, & pulmonis dolorem, & vexationem.

¶Herbę ſymphoniacæ radicis ſuccũ da bibat, cum ſumma admiratione ſanabitur.

Ad pedum dolorem.

¶Herba ſymphoniaca alligata pedum dolorem tollit: & ſi cõtuſa cum ſua radice fuerit, & ſuper pedes poſita, mirè dolorem tollit, & tumorem ſanat.

Ad pectinum mulierum dolorem.

¶Herbæ ſymphoniacæ ſuccum mixtũ croco da bibat, miraberis effectũ.

Viperina, id eſt, Dracontea ſolum nomen, id eſt, Vperinam habet. VI.

NAſcitur in flumine, vel inter ſegetes, folijs mollibus, aſpero guſtatu.

Ad viperæ morſum.

¶Herba viperina trita cum vino potui data, mirificè morſum ſanat, & venenum diſcutit. Legis eam menſe Aprili.

Venerea. VII.

¶Alij aphrodiſiam, Itali veneream, Greci achorum, Galli piperapiū, alij ſandicem nauticam: alii ſingentianam.

NAſcitur in locis cultis, & hortis, & pratis. Legis eam menſe Auguſto.

Ne apes examinent, & fugiant.

¶Herbam veneream in vaſe apium ſuſpenſam habeto, nunquam ſeducentur. Hæc herba rarò inuenitur, nec etiam ſcire poteris, niſi cum floſculum emiſerit.

Ad duritiam vrinæ & difficultatem.

¶Herbæ venereę radicem ex aqua decoctā ad tertias da bibat, triduo vrinam mirificè deducit, & ſtranguriam ſanat.

Herba pes leonis.

¶Alij acopen: alij pedē leonis: Græci leontopodion: alij paſiphilon hyrundineta.

NAſcitur circa campos.

Si quis defectus fuerit, ſic eum tollet.

¶Herbæ pedis leonis frutices ſeptem ſine radice coquito ex aqua, Luna decreſcente: lauato eum & te qui facis ante limen, extra domum prima nocte, & herbam incende ariſtolochiam, & eum ſuffumigato, & recedite à domo, & ne poſt vos reſpiciatis, ſoluit eum.

Herba Scelerata. IX.

¶Alij milion: alij ruſilonon: alii ſelmon agrion: Græci botration: alii ſtalucen: alii catat icen: Aegyptii ſeneocor: alii choras: alii cauticē: alii peucion: alii apium ruſticum: alii ciorophis: alii clorophir: alii lycoponon: alii apium riſus.

NAſcitur in locis humidis, & aquoſis: ſi quis eam guſtauerit ieiunus, ridendo exanimatur: eſt enim cantica.

Ad vlcera cyronia.

¶Herbam ſceleratam tuſam cum axungia ſine ſale imponis vulneri, & cōedet, ſi qua fuerit ſordes expurgabitur. Caue tamē ne diutius patiaris quàm neceſſe eſt, ne corpus ſanum exedat. Si argumentum rei experiri volueris, tūde eam, & ſuper ſanam manum impone, & alligato, ſtatim corrodit corpus.

Ad ſtrumas & furunculos.

¶Herbam ſceleratam tuſam, & ſubactam cum fimo porcino imponis ſtrumis, vel furunculis, intra paucas horas diſcutit, & purgat.

Batration uel Statice. X.

NAſcitur locis ſabuloſis, & campeſtribus, & arenoſis. Radix eius ſimilis eſt verriculo: radiculas paucas, & tenuiſſimas habet.

Ad lunaticos.

¶Herba batration ſi lunatico ī ceruice ligetur lino rubeo Luna decreſcēte, cum erit in ſigno Tauri, & Scorpionis parte prima, mox ſanabitur.

Ad cicatrices nigras.

¶Herbam batration tuſam cū ſua radice mixto aceto impones his, qui habent cicatrices nigras, exedit eas, & ſimiles corpori facit colore.

Artemiſia Monoclonos. XI.

¶Artemiſia ramoſa Græcis quibuſdam monoclonos, aliis toxiteſia,

aliis

aliis epheſia,aliis anactorios,aliis ſoſuſa,aliis lycophryx, Magis hominis ſanguis,aliis cryſanthemon, Romanis herba regia, aut artemiſia,aliis rapium,aut tartana,Gallis pona,Dacis zuoſte dicitur.

NAſcitur locis lapidoſis,& ſabuloſis.

Ad inteſtinorum dolorem.

¶Herba artemiſia monoclonos piſata, in puluerem redacta,cũ aqua mulſa potui data,inteſtinorum dolorem ſedat.

Ad iter faciendum.

¶Herbã artemiſiam monoclonon ſi quis iter faciens ſecum in manu portauerit,non ſentiet laborem itineris:fugat dęmonia,& mala de domo prohibet:auertit oculos malorum hominum.

Ad dolorem pedum.

¶Herba artemiſia monoclonos tuſa cum axungia, & impoſita, dolorem pedum tollit.

Artemiſia Traganthes. XII.

Ad veſicæ dolorem,& ſtranguriam.

¶Herbę artemiſię ſuccum ad ſcrupulos duos ex vino,febricitanti ex aqua calida cyathos duos potui dabis.

Ad coxarum dolorem.

¶Herbam artemiſiam traganthẽ tundes cum axungia ex aceto,bene ſubiges,impones & alligabis,tertia die ſanabit.

Ad neruoꝝ dolores & tumores.

¶Herbam artemiſiam tuſam cum oleo bene ſubactam impone, mirificè ſanat.

Ad pedum dolorem.

¶Herbę artemiſiæ traganthes radicem ex melle dabis manducet,& item cœnato, purgabit,vix credi poſſit tãtã vi habere eã.Si quis febrib9 vexat.

¶Herbę artemiſiæ ſuccum cum oleo roſaceo perunges,febres tollet:hanc herbam ſi fricaueris, optimum odorem habet.

Artemiſia Leptaphyllos. XIII.

¶Naſcitur circa foſſas & aggeres: floſculum eius ſi contriueris, ſampſuci odorem habet.

Ad ſtomachi dolorem.

¶Herbam artemiſiam leptaphyllon tuſam,& cum oleo amigdalino bene ſubactam more malagmatis,inducis panno mundo,& imponis,quinto die ſanabitur.Et ſi fuerit eius radix ſuper limen ædificii ſuſpẽſa, domui nemo nocebit.

Ad neruorum tumorem.

¶Herbæ artemiſiæ ſucco cum oleo roſaceo mixto, perunge eos, & deſinẽt eſſe tremuli,& vitiũ omne tolletur.Has aũt tres artemiſias Diana dicit inueniſſe,& virtutes earũ,& medicinas Chironi Centauro tradidiſſe, qui primus de his herbis medicamen inſtituit.Has autem herbas ex nomine Dianæ artemiſias nuncupant.

Lapatium. XIIII.

¶Naſcitur locis ſabuloſis & in aggeribus.

Ad panniculam in inguine.

¶Herbã lapatium contundes cum axungia vetere ſine ſale, ſic vt axungia duplò ſit quàm herba,& bene commixtam facies turundulam,& inuolues in folio cauliculi,& immittes eam ſub cinere calido,& cũ caluerit tunc imponis ſuper panniculam,panno ligabis,hoc eximium eſt & optimum.

Dracontea. XV

¶Alii anchomanes, alii ſeron, Prophetæ tiphonos, à Græcis dracontea, alii cherion, alii ſacinatõ, alii corcodulon, alii pitoton, alii dorcadion, alii theoriphonon, Aegyptii enimion, alii aſclepias.

¶De draconis ſanguine nata fertur. Dracontea naſcitur in locis ſummis, & ſanctis, terra Apulia ſuper ſaxa, tactu mollis, guſtu dulcis, vt caſtanea viridis ſapore: radix ima caput draconis habet.

Ad omniũ ſerpentiũ morſus.

¶Herbę draconteæ radix in vino trita, & tepefacta, ac potui data, venena diſcutit.

Ad oſſis fracturam.

¶Herbę draconteæ radix cum axũgia piſata, & in malagma redacta, oſſa fracta de corpore educit, & lapides extrahit. Legis eam menſe Iulio.

Satyrion. XVI.

¶Alii cinos, alii panion, Galli via, à Græcis ſatyrion, alii ennaticon, alii ſerpinõ, Itali priapiſcũ, Aegyptus orciſalitexion, alii eriton, alii mene, alii torminalis.

NAſcitur in montium radicibus locis ſolidis, & pratis, & cultis, & maritimis.

Ad vlcera difficilia & cicatrices.

¶Herbę priapiſci radices tundes, & impones, & cicatrices claudet.

Ad lippitudinem oculorum.

¶Herbę priapiſci ſucco inunges lippitudines, & dolores tollet ſine mora.

Si quis mulierem non poterit affectare.

¶Herbę priapiſci radicem teris cum piperis albi granis quatuor, & mellis vncijs tribus in vino optimo, medicamen triduò ſumis. Legis eam menſe Iulio.

Gentiana. XVII.

¶alij centauriam radicem, alii aloen gallicam, alii narcen, alii chironion, Dardani aloitin, Romani genus aut cicẽdiam, alij criminalem vocant.

NAſcitur in gemellis mõtibus: hęc herba ad omnia antidota facit, tactu molli, guſtu amaro.

Ad ſerpentium morſus.

¶Herbę gentianæ radix ſicca, & in puluerem redacta, pondere vnius drachmæ potui datur, ad cyathos tres ſumpta, validiſſimè prodeſt.

Orbicularis. XVIII.

¶Alijs cyclaminus, aliis cyſanthemon, aliis cyſſophyllon, aliis chelonion, aliis ictyopheron, aliis ſilene, a Socrate triphalites, ab Oſthane aſpho, à Magis miaſpho, Aegyptijs theſce, à Romanis rapum terræ, aut terræ vmbilicus vocatur.

NAſcitur in locis cultis, & montuoſis.

Ad caput depilandum.

¶Herba orbicularis in naribus immittitur.

Ad aluum concitandam.

¶Herbæ orbicularis collyrium factum, & iniectum, catharcticum eſt.

Ad

Ad ſplenis dolorem.

¶Herbæ orbicularis ſuccum ad cyathum vnum, aceti optimi cochlearia quinque, per dies continuos nouem potui da, miraberis effectũ: contra ſplenem pendens efficaciter medetur, & cyclamini ſucco quiſquis anum tetigerit, mira celeritate alui ſolutionem experietur. Legis eam omni tempore.

Polygonum. XIX

¶Alii polygonatum, alii cynochalam, alii heracliam, alii aſphalton, alii chiliophyllon, alii clema, alii polycarpon, alij carcinethron, alii teuthalida, alii myrtopetalon, alii cnopodion, alii zaritheã, alii pedalion, Aegyptii telphin, alii ſtemphin, Magi geniturã herois, alii vnguem muris, Latini ſanguinariam aut ſeminalem appellant.

NAſcitur vbiq; locis cultis & aggeribus. Legis eam æſtiuo tempore.

Ad eos qui ſanguinem reiiciunt.

¶Herbę proſerpinacę ſuccum cum vino optimo auſtero, ſine fumo tepefactũ, ieiunus bibat per dies nouem, mirã rẽ experieris. Ad lateris dolorẽ.

¶Herbæ proſerpinacę ſucco cum oleo roſaceo, ſi eum ſæpius perunxeris, tollet dolorem. Ad mammillarum dolorem & tumorem.

¶Herba proſerpinaca tuſa, & cum butyro ſubacta, & impoſita, diſcutit mirè dolorem & tumorem. Ad oculorum vitia & dolorem.

¶Ad herbam proſerpinacam vades ante ſolis ortũ vel occaſum, & circũſcribes eam anulo aureo, & dices te tollere eam ad remedium oculi grauis, & poſt triduum ante ſolis ortum ſublatam circundabis collo, proficiet diligenter. Ad aurium dolorem.

¶Herbę proſerpinacę ſuccus tepefactus & in aurẽ ſtillatus, mirificè dolorem diſcutit: etiam ipſi experti ſumus eũ potẽter proficere, & vlcera quoq; aurium ſanat. Ad dyſentericos.

¶Herbę proſerpinacę ſuccus foliorum cum aqua calida potui datur quantum tibi videtur, ſanus efficitur.

Ariſtolochia. XX.

¶Aliis dactylitis, aliis melocarpos, aliis teuxinon, latinè ariſtolochia, aliis dardanos.

NAſcitur in locis montuoſis, ſolidis, & cultis. Ad vim veneni.

¶Herba ariſtolochia trita vel piſata, cũ mero potui data, vim veneni expellit. Ad febres acerrimas.

¶Herba ariſtolochia ſuffumigabis eũ: fugat etiã dęmonia. Ad fiſtulas.

¶Herbæ ariſtolochię radix fiſtulis inſerta, celeriter expurgat, & ad ſanitatem ꝑducit: medici quoq; ſine ea nihil curare poſſunt. Ad frigore exuſtos.

¶Herba ariſtolochia ex oleo calefacto, eam vim habet cum axũgia vetere porcina. Contra ſerpentium & hominum morſus.

¶Herbæ ariſtolochię radices ad pondus denarii vnius, in vini hemina ſæ-

pius bibat,diſcutiet venenum ſerpentis. Si infans contriſtatus fuerit, herba ariſtolochia ſuffumigabis eum,hilariorem facies.

Ad carcinomata,quæ in naribus naſcuntur.

¶Herba ariſtolochia cum cypero,& draconteæ ſemen cum melle impoſitum,emundat.

Naſturtium. XXI.

¶Aliis cardamon,aliis cynocardamon,aliis iberis,aliis cardaminaca, Aegyptiis ſemeth,Romanis naſturcium dicitur.

Ad caput depilandum.

Ad caput depiladu.

¶Herbę naſturcij ſuccum ſi naribus induxeris,caput depilat. Hoc naſturcium non ſeritur,ſed naſcitur ab ſe circa parietes imos.

At capitis vitia,& prurigines,& furfures.

¶Herbæ naſturcij ſemẽ mixtum cum adipe anſerina, & tritum albationẽ,& furfures à capite eliciet.

Ad cruditatem.

¶Herba naſturcium,& pulegium ex aqua decoctum da bibat,emendabitur,& diſcutiet cruditatem.

Ad ſtrumas.

¶Herbam naſturcium in menta contritum,ſuper ſtrumas imponis,ſuppoſito oleris folio.

Ad furunculos ſanandos.

¶Herbam naſturcium cum fermento imponito,concoquet & ſanat.

Hierobulbus. XXII.

¶A Græcis dicitur hierobulbus. ¶Naſcitur vbique circa ſepes, locis ſordidis.

Ad articulorum dolorem.

¶Herbę hierobulbi vncias ſex,ſebũm caprinum ad vncias ſex,cyprinum oleum ad libram,& vncias duas in ſe piſato, & commiſceto: vteris,dolorẽ articulorum tollit.

Ad lentigines ſi in facie mulieris fiunt.

Ad lentigines si in facie mulierum fiunt.

¶Herbæ hierobulbi radice cũ lumento lupinacio commixta,mulieris faciem lentiginoſam lauato,ſtatim purgat.

Apollinaris,id eſt,mandragora. xxiij.

¶Alii dorigeniõ,alii cecaneno,à Gręcis dicea,alii ſaricinomamiõ,Itali apollinarem,Daci colidam,alij herbam c bachinam appellant.

¶Apollo hanc herbam fertur inueniſſe,& Aſclepio dediſſe: vnde nomen impoſuit ei apollinaris.

Ad vulnera cyronia.

¶Herbam apollinarem cum axũgia vetere ſine ſale teris vinum, vetus ſine fumo ad cyathum vnum, axungię libram ſimul piſabis, tanquam malagma,& imponis.

Chamæmelon.i.camiualli, XXIIII.

¶Alii anthemida,alii leucanthemon,alii heranthemon,quoniam vere floreat,alii chamæmelon,quoniam malum odorem habeat,nonnulli melanthemon, aii chryſocomã, alii calliam, Romani malliũ, Aphri aſtertiphen appellant.

Ad

Ad oculorũ vitia & dolorem.

¶Herbam chamæmelon ſi quis ante ſolis ortum carpſerit, dicet ad caligi-nem vel dolorem oculorum ſe carpere, ad albugines oculorum maximè faciet, ſecum alligatam geſtet. Ad calculum.

¶Herba chamæmelon ad drachmam vnam potui detur, calculum eruet.

Chamædrys. xxv.

¶Aliis chamędrops, Latinis triſago dicitur. Sunt qui eã teucrion vocant.

¶Naſcitur in locis montuoſis, & ſabuloſis. Ad conuulſos.

¶Herbam chamedryn contuſam de ligno adiecto vino potui data, etiam ruptos ſanat. Ad viperæ morſum.

¶Herba chamędrys in puluerem molliſſimũ redacta & in vino veteri potui data, venenum vehementer diſcutiet. Ad podagram.

Ad podagrã.

¶Herbam chamedryn item dabis vt ſuprà calidam, mirè podagram mollit. Legis eam menſe Auguſto. Chamælęa. xxvj.

¶Alii pyros agnen, alij heracleon, alii bdelyrã, alii coccon gnidion, Romani citocaciũ, nonnulli oleaginem, quidam oleaſtellũ vocant.

Ad hepaticos.

¶Herbæ chamęlææ ſuccus potui datus cum vino, febricitanti cum aqua calida, mirè proficit. Contra venenum.

¶Si quis acceperit herbam chamęlæam ſiccatam, in puluerem redactam, & in vino potui datam, diſcutere venenum certum eſt. Ad hydropicos.

¶Herba chamęlęa, & chamędaphne, & chamędrys, & chamępytis equali portione tuſæ, & molliſſimè cribratæ, ſi in potione mixti vini iuuenibus cochlearia quinq; des: item iunioribus & mulieribus cochlearia tria: pueris cochleare vnum, mirificè aquam omnem de corpore per vrinam digerit.

Chamæpitys. xxvij.

¶Alij olochyron, Athenienſes ioniam, Græci chamæpityn, Itali abigam, alij ſyderitin, alij cypreſſinam nigrã, alij dromagriam, Aegyptij nemeneps, prophetæ hæma appellant. Ad vulnera.

¶Herba chamæpitys contuſa & impoſita, vulnus ſanat. Si autem altum vulnus fuerit, ſuccum eius in vulnus mittes. Ad ſtrophi dolorem.

¶Herba chamępitys potui data dolorem ſtrophi, hoc eſt, interaneorum tollit. Chamædaphne. xxviij.

¶Alij lactilaginem, Græci daphnitin, alij hydragogon, Galli vſibim, Itali laureolam vocant. Ad aluum concitandam.

¶Herbam chamædaphnen in puluerem redactam molliſſimũ potui dato in aqua calida, aluum concitabit.

Hortriago, id eſt, parietaria. xxix.

¶Naſcitur circa monumenta, aut in monumentis: aut in parietibus, qui ſunt circa radices montium. Ad eas res, quę in homine naſcuntur.

¶Herba hortriago tuſa & impoſita, omnes res quæ in corpore naſcuntur, perſanat. Hanc herbam ſi volueris euellere, mundus, & ante ſolis ortum tolles. Legis eam menſe Iulio.

Britãnice, id eſt, vitis alba. xxx.

¶Alij damaſimon Itali britãnicã, alij bibonem, à Græcis dicitur britãnice, ꝓphete ecluſos, alij betã vel plãtaginem.

Ad vitia quę in ore naſcũt.

¶Herba britannica ſumpta viridis in modum lactucæ, ſanat: & per ſe trita, atque expreſſa, ſuccus in ore contineatur, & aliquid ex ea deuoretur, id æquè proficit.

Ad oſcitudinem,

¶Herbã britannicã ſi viridẽ non habueris, etiã aridam cõtuſam cum vino, vt mellis craſſitudo fiat, ſumito: eodem modo viridis ſumpta, eundem effectum habet.

Ad dentium dolorem, & ſi laxi fuerint.

¶Herba britannica mira quadam potentia ſuccurrit. Reponendus autem eſt hyeme ſuccus, vel puluis eius, nam non ſemper apparet: ſuccum eius herbæ ſeruabis in vaſe, vel cornu arietino. Puluerem quoq; eius reponito. Nã ad eoſdẽ vſus cũ vino ſumptus, ęquè efficaciter ꝓdeſt.

Ad aluũ cõcitandã.

¶Herbæ britannicæ ſuccus pro viribus cuiuſq; ſumptus per ſe, ſine periculo purgat.

Ad paralyſim.

¶Herba britannica viridis cum radicibus contuſa, cũ vino mero optimo ad cyathos duos, vel tres potui ſumpta, mirificè proficit.

Ad anguem, quod Græci Synanchen vocant.

¶Herbæ britannicæ flos antequam tonitru audiat collectus & deuoratus, per totum annum anguem declinabit.

Ad oculorum dolorem.

¶Herbam britannicam æquo pondere cum vino accipiat, in pſenti dolorem tollet.

Lactuca ſyluatica. xxxj.

¶Alii hieranion, à Gręcis tridaxagria, Aegyptus hymboſus, alii aſpidion, alii lactuca ſyluatica, alii pieris.

¶Naſcitur locis cultis, & ſabuloſis.

Ad caliginem oculorum.

¶Dicitur cum aquila in altum vult volare, vt proſpiciat rerum naturam, lactucę ſyluaticę foliũ euellere, & ſucco ſibi oculos delinire, & accipere maximam claritatem. Herbę igitur lactucæ ſyluaticæ ſuccum miſce cum vino vetere & melle acapno, id eſt, quod ſine fumo optimè collectum eſt, & tere, & in ampullam vitreã conde, ſi eo vtere, miram medicinã experieris.

Argemonia. xxxij.

¶Alij ſarcocollam, Græci acelan, Itali argemoniam nominant.

Ad oculorum vitia vel dolorem.

¶Herba argemonia viridis per ſe trita ſi arida fuerit, in calida aqua intincta vt facilimè teri poſſit, illita, ſuggillationes & liuores oculorum diſcutit.

Ad vulnera, & vlcera, & canceromata.

¶Herba argemonia viridis contuſa, & appoſita, vulnera ſanare apta eſt. Si

autem

autem arida fuerit,aqua tepida remiſſa, idem perficere creditur.

Ad ventris dolorem.

¶Herbæ argemoniæ radicem bibat,mirè prodeſt. Ad fluxum.

¶Herba argemonia contrita,& appoſita,mirè doloribus,& tumoribus,& fluxu concitis ſuccurrit. Ad morſum ſerpentis.

¶Herbæ argemoniæ drachmas duas cum vini cyathis duobus potui dato,diſcutit venenum mirificè. Ad percuſſum ferro,vel ſude.

¶Herba argemonia cōtuſa,& īpoſita mirificè ſanat. Ad verrucas tollēdas.

¶Herba argemonia cum aceto impoſita,tollit verrucas.

Ad ſplenis vitia,vel dolorem.

¶Herba argemonia in cibo ſumpta ſplenem conſumet.

Ad ea quæ immunda ſunt.

¶Herba argemonia contrita & impoſita,aperit, & perſanat.

¶Aſphodelus, id eſt lapatium,alii aſtulam regiam. xxxiii.

Ad dolorem tibiarum, vel pedum.

¶Herbę aſphodeli ſucco cum oleo amigdalino vnge quod dolet, mirificè ſanabitur:etiam ſi tumores fuerint, illam tuſam & ſubactam imponis.

Ad hepatis dolorem.

¶Herbę aſphodeli radicē diſcoque, & ex aqua mulſa dato potum,hepatis dolorem mirè tollit. Oxylapatium. xxxiiij.

¶Itali lapatium acūm vocant. Si qua duritia in corpore fuerit.

¶Herba oxylapatium cum axungia veteri ſuilla piſata, & ex pane domeſtico facta ut malagma,& impoſita,mirificè ſanat. Cētauriū xxxv.

¶Centaurium maius,alii narcen, alii chironiam, alii maroniam, Itali fel terræ,prophetæ hęma herculis vocant. Ad hepatis dolorē.

¶Herba centauriū maius ex vino decoctum, & potui datum,ſplenē perſanat. Ad vlcera,vulnera,& canceromata.

¶Herba centaurium maius contritum & impoſitum, tumorem fieri non patitur. Ad ſuggillationes & liuores.

¶Herbæ centaurij maioris ſuccus perunctus ex aqua ſummè facit.

Ad vulnera recentia.

¶Herba centaurium efficax eſt ad plagas glutinandas,vt etiam carnes coerceat quę ex aqua eius coquuntur. Centaurium minus. xxxvi.

¶Centaurium minus.Sunt qui limneſium,alii helleboriten,alii amaranthum,Magi ſanguinem Herculis,Daci tulbala.Romani febrifugiam,aut herbam multiradicem appellāt. Chiron centaurus has herbas fertur inueniſſe,à quo tenet nomen Centaurium. Naſcitur locis ſolidis,& fortibus. Ad viperæ morſum vel dolorem.

¶Herbam centaurium minus,ex aceto tritum datū potui, mox diſcutiet venenum. Ad oculorum aciem deponendam.

Herbæ

¶Herbæ centaurij minoris ſucco oculi inuncti, aciem extenuant, & ſanantur, adiecto etiam melle. Eodem modo proficit caligantibus oculis, ita vt claritas reſtituatur, centaurij minoris manipulos in vini congio coquito, & triduò macerato, mox eximito, inde quotidie ad heminam mixtum melle adiecto, ieiunus bibat.

Ad auriginem.

¶Herbam centaurium minus decoque in aqua ad tertias, & ex ea da bibere quantum potuerit, ſanabitur.

Ad lumbricos & tineas.

¶Herbam centaurium minus dabis vt ſuprà, eijciet tineas.

Ad venenum ſi quis ſumpſerit.

¶Herbam centaurium ex aceto tritam dato bibat, mox diſcutiet venenũ. Item centauriæ radicis pondus denarii vnius, cum cyathis tribus vini bibetur.

Proſopis, id eſt perſonacia. xxxvij.

¶Alii bacchion, alii neophelion, Daci reboraſta, à Græcis proſopis, alij elephantoſis, alii dardana, Itali perſonaciam, alii elephas, Gali betilolen.

Ad vulnera omnia.

¶Herbæ perſonaciæ ſucci cum vino potio data, omnino morſus ſerpentium, vel colubræ mirificè ſanat.

Ad febres.

¶Herbæ perſonaciæ folijs cinges febricitantem, ſtatim mirificè effugabitur febris.

Ad vulnus ſi canceraueit.

¶Herbam perſonaciam aqua foueto, deinde ipſam cum nitro, & axũgia, & cum aceto tere, in pannũ induc, & impone.

Ad inteſtinorum dolorem.

¶Herbæ perſonaciæ ſuccum ad cyathum vnum, ex melle cyathos duos ieiunus bibat.

Ad canis rabioſi morſum.

¶Herbæ perſonaciæ radicem cum ſale marino tritam, morſui imponito, mox ſanat.

Ad vulnera vetera quæ ſatis humoris præſtant.

¶Herbæ perſonaciæ radicẽ, & ſpinam, quæ in locis ſiccis naſcitur, æquali pondere conteris, & imponis.

Ad combuſtum.

¶Herbæ perſonaciæ ſuccum ad cyathum vnum, cum mellis cyathis duobus bibat.

Ad eos qui ſanguinem reijciunt.

¶Herbæ perſonaciæ drachmam vnam, id eſt, ſcrupulos tres cum pineæ nucleis, & myrrhę capito, fac paſtillos, cum vino potui dato, ſanguinem reijcientem ſanat.

Fraga. xxxviij.

¶Naſcit̃ in locis opacis, & mũdis, & collibus.

Ad penis dolorẽ & colicos.

¶Herba fraga cum pipere albo, & melle mixta, & potui data, mirifica eſt.

Ad ſuſpirioſos, & colicos.

¶Herbæ fragæ ſuccum cum pipere albo, & melle miſce, da potui, mirificus eſt.

Althæa. xxxix.

¶Alij ibiſcum, Romani pariter Græcis althæan dicunt. Naſcitur in locis humidis, & campis.

Ad podagram.

¶Herbam ibiſcum piſatam cum axungia veteri imponito, tertia die ſanabitur.

nabitur, eius herbæ experimentum autores plures affirmant.

Ad collectiones quę in corpore naſcuntur.

¶Herbam ibiſcum decoque cum fœnogræco & lini ſemine, cum pollineimpone, duritias omnes diſcutiet. Ad inteſtinorum dolorem.

¶Herbam ibiſcum item vt ſuprà decoque, poſtea ex ea calida inteſtinum foue, tertio die ſanat: experti ſumus. Ad omnes entothe ſmas.

¶Herba ibiſcum decocta cum malua erratica & fœnogræco medetur.

Hippuris, id eſt, equiſetum. xl.

¶A Gręcis hippuris, Itali equinalem. Ad dyſentericos.

¶Herbę hippuris ſuccum ex vino dulci ad cyathos duos potui dato, dyſenteriam ſanare creditur. Ad eos qui ſanguinem per os reijciunt.

¶Herbæ hippuris ſuccum ex vino auſteriſſimo bibant, mox reſtringet.

Herba erratica. xlj.

¶Alij maluam ruſticam, alij elęomolara, Itali opiriacam, alij eupon, alij molocmaptio, alij ibiſcum, à Gręcis molocynagia, alij collyrin, alij melionſtrophon, alij maluam erraticam. Naſcitur vbique locis cultis. Ad veſicę dolorem.

¶Maluam erraticam cum totis radicibus ſuis ad libram vnam piſatam in congio aquę decoque ad dimidium, per triduum ieiuno da bibere, ſanabis eum. Ad neruorum dolorem.

¶Malua erratica cum axungia vetere piſata, & impoſita, neruorum dolorem mirificè ſanat, facit & ad omnes entotheſmas decocta adhibito fœnogræco. Ad lateris dolorem.

¶Maluā erraticam decoque oleo, & poſtmodū diſtringe folia, in mortario tere, in pannum indue, impone, triduo non ſolues, emendat dolorem.

Ad vulnera recentia.

¶Maluæ erraticæ radicem in cinere coctam tere, & impone.

Ad panniculam quæ in inguine naſcitur.

¶Herbæ malue erraticę radicem in cinere coctam tere, & impone.

Bugloſſum. xlij.

¶Magi felis geniturā, Zanuchi oſthanes, Aegyptij autueorinbeſor, Aphri anſanaphi, Romani bouis linguam, bubulam linguam, aut libanion appellant. Naſcitur locis cultis, & ſabuloſis, ranis & ſerpentibus contraria. Ad tertianas ſiue quartanas.

¶Herba bouis lingua, quæ tres thyrſos ſimiles mittit eius radicem totam ex aqua decoques, & potū dabis, remediabis: quæ autem quatuor thyrſos habet, facit ad quartanas, dabis vt ſuprà. Alia item eſt herba ſimilis quæ folia lapatii fert minuta, eius radix pota ex aqua, ranis, & ſerpentibus eſt aduerſa. Ad ſuppurationes in corpore.

¶Herba bouis lingua ex melle, & pane ſpiſſata vice malagmatis, mirificè rumpit

rumpit. Hanc leges menſe Iulio.

Bulbus ſcyllaticus. xliij.

¶Alii pancration, alii bulboſcyllites, alii biazon, alii ſcylla, alii tiphonon, Itali ſcylla rubea maſculina.

Ad hydropiſin.

¶Herba bulbi ſcyllatici torretur, deide circumpurgatur, & medium eius in aqua coquitur: cum madidum fuerit, eximitur, & ex eo tres oboli dãtur ex melle & aceto, & euacuatur per vrinam.

Ad paronychia.

¶Herbæ ſcyllæ radix piſata cum aceto & pane impoſita, paronychia mirificè ſanat.

Ad hydropicos vt ſitis extinguatur.

¶Herbæ ſcyllæ folium ſubiectum ſub lingua ſitim compeſcit. Legis eam omni tempore.

Ad perniones.

¶Herbæ ſcyllę quod eſt in medio eius cum oleo deferuefacto, atq; ea quæ dolorem exhibent vngendo ſanabuntur.

Cotyledon. xliiij.

¶Alij cepora aphroditis, alij ſtichas, alij vmbilicũ veneris, alij pales, alij ſtergeton. Naſcitur in tectis, aut in monumentis.

Ad ſtrumas diſcutiendas.

¶Herba cotyledon piſata cum axungia ouilla fœminib9 ſine ſale ęquis põderibus calida imponatur, ſtrumas diſcutit. Legis eam hyemis tempore.

Gallicrus. xlv.

¶Naſcitur in locis ſolidis circa vias.

Ad morſum canis.

¶Herbam gallicrus cum axungia & pane domeſtico etiam imponis, mox ſanabitur. Eadẽ etiam duritias diſcutit, & iũcta cũ ſale, & trita, canis morſum ſanat.

Praſſion. xlvj.

¶Aegyptij ſterion, alij coneſurũ, alij vlcerariam, alij empatyrion, prophetę ematauru, alij marrubium, alij camelopodium, alij philopin, alij aphedion, alij meſſadam, alij noſtrofũdũ dicunt.

Ad tuſſim grauem.

¶Herbam marrubium coques cum aqua, & dabis bibere ijs qui grauiter tuſſiũt, ſanabũtur mirificè.

Ad ſtomachi dolorem.

¶Herbæ marrubij ſuccus potatus ſtomachi dolorẽ tollit: & ſi febricitat, ex aqua potatus ſatis eleuat.

Ad lumbricos.

¶Herba marrubij, abſinthij, & lupinorum paribus ponderibus in aqua mulſa coctæ, & cum vino bis, aut ter in vmbilico poſitæ, necãt lumbricos.

Ad condylomata.

¶Herbam marrubium combure, eius cinerem infrica, ſanabitur.

Ad venenum ſi quis biberit.

¶Herbæ marrubij ſuccum dabis ex vino veteri, diſcutiet venenum.

Ad ſcabiem vel impetiginem.

¶Herbam marrubium diſcoque, & ex aqua corpus lauato, ſcabiem diſcutit, & impetiginem.

Ad pulmonum extenſionem.

¶Herbam marrubium ex melle coctam ſumat, mirè curat.

Ad

Ad omnem duritiem.

¶Marrubium tuſum cum axungia &impoſitum, mirè ſanat.

Si quis laſſus ab opere, aut aliter, inciderit in langorem, & neruorum dolorem, & ſpaſmum.

¶Herbæ marrubij ſuccus cum oleo roſaceo permixtus, & perūctus, ſine mora ſanabit.

Ad omnia vulnera.

¶Marrubium in aliquo folio inuoluis, vt coquatur in cinere, & teris cum axungia, & imponis: omnia vulnera curat.

Xiphion, id eſt, phaſganion. xlvij.

¶Alij eam dicunt phaſganon.

Ad fiſtulas quæ in corpore naſcuntur.

¶Herbæ Xiphionis radicis vncias .xj. amuli vncias ſex, aceti cyathos duos, adipis vulpinæ vncias tres ex vino piſabis in panno lineo, & impones, miraberis.

Ad capitis fracturam.

¶Herbæ Xiphionis ſuperiorem partem conteris, & tritam ſiccam æquis ponderibus mixtam vino ſumit, capitis oſſa fracta extrahit: aut ſi quid in corpore ſuppuratum fuerit, vel ſi pedibus calcata ſint oſſa ſerpentis, contra venenū ſimiliter efficax eſt.

Gallitricum. xlviij.

Ad ſtrumas virginum.

¶Herba gallitricū piſata p ſe, īpoſita virginū ſtrumis, ſanat.

Ad capillos.

¶Herba gallitricū in oleo trita, & in caput peruncta, capillos inficit.

Moly. xlix.

¶Clariſſima herbarū Homero teſte, qui inuētionē ei⁹ Mercurio aſſignat, cuius ſuccus veneficia demonſtrat, radice rotunda, nigra'q;, magnitudine cæpæ.

Ad dolorem matricis.

¶Herba moly contuſa, & impoſita, dolorem matricis ſedat.

Heliotropium. l.

¶Alij ſcorpiuron, alii heliotropon, alii dialion, alii heliopon, alii ſcorpioctonon, alii ſeſamon agrion, alii ſcorpii vram vocant.

¶Naſcitur vbique in locis cultis, & mundis, & pratis. Eius herbæ diuinæ ad ſolis curſum flores ſe vertunt, & cum ſol occidit, flores ſe claudunt: rurſum cū oritur, flores ſe aperiūt: facit ad remedia multa.

Ad omne venenū.

¶Herbæ heliotropii puluis molliſſimus, aut ſuccus eius cum vino veteri optimo potui datus, mirè venena diſcutit.

Ad luxum.

¶Herbæ heliotropii folia contuſa & impoſita, efficaciter ſanare dicunt.

Crias. lj.

¶Naſcitur in Lucania: marmoris albi colorem habet, quatuor rubicundis ornata cauliculis.

Ad ſciaticos ſanandos.

¶Herbæ criæ radix piſata & impoſita, ſciaticos tertio die ſanat, quaſi malagmatis genus impone.

Ad omnes dolores in corpore.

¶Herbæ criæ radix contuſa & impoſita vbi dolet, omnes dolores ſanat.

Polytrichon. lij.

¶Alii literes,alii ſupercilium terræ,à Græcis adyaton,Aegyptus celini,alij tricymam,Romani cincimalin,alii euentricon,alii terræ capillos.Naſcitur in parietinis & humidis locis.

Ad coli dolorem.

¶Herbę polytrichon quę habet ramulos quaſi ſeta porcina,eius folia cum piperis granis nouem, & ſeminis coriandri granis nouem contrita ſimul cum vino optimo dabis bibere introeunti in balneum : facit etiam ad capillos mulierum nutriendos & virorum.

Aſtula regia. liiij.

¶A Gręcis dicitur molocinagria,id eſt,malua ſyluatica.

Ad dyſentericos.

¶Herbæ aſtulæ regiæ radix,cum vino trita potui datur, dyſenterici ſtatim ſentiunt beneficium.

Ad ventris fluxum.

¶Herbæ aſtulæ regiæ ſemen mixtum cum aceto acerrimo potui datum, ventrem reſtringit.

Papauer. liiii.

¶Alii oxytonon,alii rhoeam, Aegyptii nanti,alii papauer ſyluaticũ, Itali papaueralem vel papauer album.

Ad epiphoras oculorum.

¶Herbæ papaueris ſuccum vel cauliculum cum fructu ſuo oculis imponis.

Ad hemicranium,vel capitis dolorem.

¶Herbam papauer ſyluaticum teres cum aceto, & impones ſuper frontẽ, ſedabit dolorem.

Ad ſomnum,ſi qui non dormiunt.

¶Herbæ papaueris ſucco ſi quem perũgas,ſomnum cum ſopore obijcit.

Oenanthes. lv.

Ad ſtranguriam.

¶Herbæ œnanthis radicem in puluerem redactam, ad ſtranguriam in vini cyathis duobus dabis. Herbæ œnanthis radicẽ dabis vt ſuprà,tuſſim ſedat.

Narciſſus. lvj.

¶Narciſſum alij narciſſon anydron,alii autogenes, alii bulbon emeticon,alii lyrion,Romani bulbum morbitarium.Sũt qui vt lilium, lirium appellarint.

Ad vulnera quæ ab ſe naſcuntur.

¶Herbæ narciſſi radice contuſa cnm oleo & farina,fac cataplaſma & impone vulneri,ſanabit mirificè.

Splenion,id eſt,ſcolopendria. lvij.

¶Alii hermion,alii phrygiam,alii imagales,à Græcis ſplenion, alii lõchites,alii phrygites,alii cotodotres,alii thonerion.

Ad ſplenis dolorem.

¶Herbæ ſpleniõ radix in puluerem molliſſimum redacta,in vino leuiori potui detur,ſummam rem experieris. Conſtat ſic inuentam: cum exta ſup eam proiecta eſſent,adhæſiſſe lieni,eũ'q; exinaniſſe:propter hoc à quibuſdam ſplenion vocatur. Narrant etiam ſues qui radices eius edunt ſine ſplene inueniri. Quidã eã dicunt ramis hyſſopi ſurculoſam,folia fabę eius nomen appellant.Legunt eam maximè cum flore:ex Ciliciæ, & Piſidiæ montibus

tibus laudant. Naſcitur locis aquoſis & humectis.

Polion. lviij.

¶Naſcitur locis aſperis.

Ad lunaticos.

¶Herbæ polij ſuccum commiſces cum aceto, & perungis eos qui patiuntur antequam accedant lectum. Item pilulas eius & radicem in linteolo mundo circa collum eius qui patitur ligabis: experimentum factum eſt.

Victoriola. lix.

¶Alij daphnes, id eſt, alexandrium, alii eupeialos, Itali periga, Græci daphnitis, alij daphnes ſamothracines, alii niceſphilos, alii victorię philō, alii pelleomdea, alii ſtephanos alexādrinꝰ, alii daphnogloſſō, alii laurus alexandrina.

Ad phlegmata mundanda.

¶Herbæ victoriolæ foliorum ſuccus, cyathis duobus vel tribus datus cū melle bibere ieiuno, mox phlegmata intercidit.

Confirma maior. lx.

¶Alii cōfiſinam, alii confirmam, alii anagallicum dicunt. Naſcitur in paluſtribus, vel hortis.

Ad profluuium mulieris.

¶Herbæ confirmę puluerem molliſſimè tritum potui dabis in vino, mox reſtringit.

Ad conuulſos vel qui intus rupti ſunt.

¶Herbæ confirmæ radicē in cinere tepido coquito, ex melle ieiuno dabis vt edat, ſanabitur, & thoracem in totū purgabit.

Ad ſtomachi languorē.

¶Herbæ confirmæ radix cum oxygaro ſedat dolorem, & magnum beneficium ſentit.

Aſterion. lxj.

¶Naſcitur inter petras & loca aſpera. Hæc herba nocte tanquam ſtella in cœlo lucet, vt qui videt ignorans dicat phantaſma ſe videre, & metu plenus irridetur maximè à paſtoribus.

Ad caducos.

¶Herbę aſterij baccas eis dabis mādūcādas Luna decreſcēte, cum erit in ſigno Virginis, & ipſam herbā habeant in collo ſuſpenſam, remediabūtur.

Leporis pes. lxij.

Ad ventrem ſoluendum

¶Herbam leporis pedem ſiccatam & in puluerem redactam dabis potionem in vino, ſi ſine febre eſt: ſi autem febricitat, cum aqua calida, mox ſoluet ventrem.

Dictamnum. lxiij.

¶Aliis ſylueſtre pulegium, aliis embracton, aliis belouacos, aliis artemedeion, aliis cretica, aliis ephemeron, nonnullis eldia, aliis beloticos, aut dorcidion, aut helbunion, Romanis vſtilago ruſtica. Naſcitur in iſula Creta in monte Ida.

Si qua mulier fœtum mortuum in vtero habuerit.

¶Herbæ dictamni ſuccum, ſi ſine febre fuerit, cum vino dabis: ſi autē febricitabit, cum aqua calida, mox eiiciet fœtum ſine periculo.

Ad plagas ſiue à ferro, ſiue à ſude inflictas.

¶Herbę dictamni ſuccū in plagam infundet aliquis, & bibet, mox ſanus erit.

Ad ſerpentium morſum.

¶Succū ei⁹ cū vino bibat,& mox diſcutiet venenū. Si quis venenū biberit.

¶Herbæ dictamni ſuccus cum vino potui datur. Nā tanta vis eſt dictāni vt nō ſolū interficiat ſerpētes vbicūq; fuerint præſentia ſua, ſed ſi odor eius vento deferente peruenerit, mox occidat. Fertur & hoc exemplum: Si caprea in venatione telo percuſſa fuerit, & cum ſagitta peruenerit ad herbam dictāni, paſcitur, & telū à ſe eijcitur, & plaga ſanatur. Ad vulnera recētia.

¶Herbam dictamni, & argemoniam, & ambroſiam contritas cum butyro impoſito plagę, miraberis in omnibus dictamni effectum.

Solago maior. lxiiij.

¶A Græcis dicitur helionſcorpion.

Ad ſerpentium morſus & ſcorpionis ictum.

¶Herba ſolago maior ſiccata, & in puluerem molliſſimum redacta, in vino potui datur, & ipſa contuſa plagæ imponitur.

Solago minor. lxv.

¶Alij heliotropion dicunt. Ad lumbricos necandos.

¶Herba ſolago minor ſiccata & in puluerem redacta, & in aqua calida potui data, lumbricos occidit. Pæonia. lxvj.

¶A Græcis pentorobon, alij cydiodenā, alij agaofoten, Itali pęoniā dicūt. Inuēta à Pęonio nomen autoris retinet. Naſcitur in Creta, quam Homerus ſacer autor libris ſuis inſeruit. Hæc in extrema regula bacculas habet maligranati magnitudine, quæ nocte ſic lucēt tanquam lucerna, quod granum eſt cocci ſimile. Plurimū noctu à paſtoribus inuenitur. Ad lunaticos.

¶Herba pęonia ſi lunatico iacenti impoſita fuerit, ſtatim ſe leuat vt ſanus: & ſi eam ſecum habuerit, nūquam ei accidet. Ad ſciaticos.

¶Herbæ pęoniæ radicis partem alligabis lino, & ei qui patitur circuncinges, res eſt ſaluberrima. Periſtereon. lxvij.

¶Alii verbenacam rectā, Græci periſtereona vocant, alij trigonion, alii bunion, alii hierobotanen, alii philtrodoten, Aegyptij pemſempe, Magi Iunonis lachrymam, alii muſtellæ ſanguinem, alii ſanguinem Mercurij, Romani criſtam gallinaceam, alii pheriā, alii trixalidem, alii exuperam, alii herbam ſanguinalem. Ne quis à canibus latretur.

¶Herbam periſtereona ſi quis ſecum habuerit, negant à canibus latrari.

Ad omnia venena.

¶Herbæ periſtereonis puluerē ſi quis potui dederit, omnia venena diſcutit. Brionia. lxviij.

¶Alij vitem albam, alij ophioſtaphylon, alij chelidonion, alij melothrō, alij pſilothron, alij archezoſtin, alij agroſtin, alij cedroſtin appellant. Ad ſplenem.

¶Herba brionia in cibo datur & ꝑ vrinā ſplenis digeritur. Hęc herba tā laudabilis eſt, vt lientericis in potionibus mittatur. Nymphæa. lxix

¶A Græcis prothea, aliꝭs accabus, aliꝭs lotometra, aliꝭs androcanos, aliꝭs hydrogogos, aliꝭs arneon, Italis nymphæa dicit̃. Ad dyſentericos.

¶Herbæ nymphęę ſemen cum vino tritum potui datur, radicem eius dabis manducare dyſenterico diebus decem. Item radicis eius ſuccum in vino auſtero dato, ventris curſum ſtringit. Criſſion. lxx.

Ad faucium dolorem.

¶Herbę criſſion radicẽ ſi quis in collo portauerit ſuſpenſam, fauces ei nũquam dolebunt. Iſatis. lxxj.

¶Aliꝭs iſatis ſatiua, aliꝭs augion, Magis aruſion, Italis gluta aut glaſtum dicitur. Ad morſum ſerpentis.

¶Herbæ iſatis folia contrita cum aqua & in plagam impoſita adiuuant, & dolorem tollunt. Scordion, id eſt, ſorbus. lxxij.

Ad morſum ſerpentis.

¶Herba ſcordion coquitur, & datur ius eius potui cum vino: ipſa autem contuſa in plagã imponitur. Ad neruorum dolorem.

¶Herba ſcordiõ trita, cum oleo laurino ſubacta, tollit dolorem.

Ad quotidianas vel tertianas.

¶Herba ſcordion alligata circa corpus hominis quotidianas & tertianas tollit. Verbaſcus. lxxiij.

¶Sunt qui lichniten, qui phlomon, Daci dieſathe, prophetę hermiradon, Itali verbaſcum, ægyptij nihat dicunt. Naſcitur in locis ſabuloſis, & aggeribus. Hanc herbam dicitur Mercuriꝰ Vlyſſi dediſſe, cum deueniſſet ad Circen, & nulla malefacta eius timuiſſe.

Aduerſus malos occurſus.

¶Herbæ verbaſci virgulã qui ſecum portauerit nullo metu terrebitur, neque beluæ neque malorum mentione moleſtabitur. Ad podagram.

¶Herba verbaſcus contuſa atq; impoſita intra paucas horas dolorem efficaciter ſedabit, vt etiam ambulet ſtatim. Hanc compoſitionem præcipuè autores proficere affirmant. Heraclea, id eſt, ferraria nigra. lxxiiij.

¶Aliꝭ herculanam, aliꝭ exuperam patricalem, Græci heracleam, ęgyptij ſendionor, Itali ſolaſtrum vocitant. Vt in via tutus ambules.

¶Herbã heracleam ſi tecum in via portaueris latrones non timebis, quin etiam fugat eos. Ad caliginem oculorum.

¶Grana herbæ ſupradictæ purgato, & in oculum mittito, tollet eam cum albugine. Chelidonia. lxxv.

¶Aliꝭs hyrũdinaria, ęgyptiꝭs mopop, Dacis eurupillene, Gręcis pęonia, Gallis chelidonia dicitur.

Ad caliginem oculorum & qui vlcera in oculis & ſcabritudinem habẽt, & ad albuginem oculorum.

¶Herbę chelidonię ſuccũ de radice eiꝰ cõteris cũ vino vetere, & melle at/

tico, piper albū in ſe bene contritū miſces, & vngis de intus. Hoc experti ſumus de ſucco eius. Itē eius lacte oculos ſibi vngēt. Ad caliginē oculoꝝ.

¶Herbæ chelidoniæ ſuccus vel flos expreſſus, & mixtus cum melle attico in vaſe æreo, leuiter cineri commixtus decoctúsque ſingulare remedium contra caliginem eſt: quidam ſucco tantū vtuntur. Ad parotidas.

¶Herba chelidonia trita, & ex aqua potui data mirè ꝓdeſt. Ad cōbuſtū.

¶Herbā chelidoniā cū ſucco caprino cōteris & īponis. Ad capitis dolorē.

¶Herbā chelidoniā ex aceto tritā illinito frōti & capiti. Ad dētiū dolorē.

¶Herbæ chelidonię radicē ex vino, & cupreſſi folia trita & thedā maſculam aceto decoque, & tepefactum gargarizet. Solatrum. lxxvj.

¶Alij accabon, Galli ſcobilon, Græci ſtrignon, ægyptij alſelo, Itali coculum dicunt. Ad ignem ſacrum.

¶Herbæ ſolatri ſuccꝰ illinitꝰ cū aceto ſūmè ꝓdeſt. Ad tumorē corporis.

¶Herbam ſolatrum tuſam cum oleo ſubactam imponere prodeſt.

Si qua mulier in inferiore parte laboret.

¶Herbæ ſolatri ſucco ſe ſoluet. Ad auricularum dolorem.

¶Herbæ ſolatri ſuccum oleo cyprino miſce, & tepefactum ſtilla in auriculam. Ad dentium dolorem.

¶Herbæ ſolatri baccas commanducet. Ad ſanguinem ſi de naribus fluat.

¶Herbæ ſolatri ſucco madido linteolo nares obturet, mox reſtringet.

Senecion. lxxvij.

¶Alijs erigeron, Tuſcis diua, Græcis gerontea dicitur.

Ad vulnera quamuis vetuſtiſſima.

¶Herba ſenecion tuſa & ſubacta cum axungia vetere, plagæ impoſita ſanat vulnera. Si quis ferro percuſſus fuerit.

¶Herba ſenecion ſi manè ad horam ſextam collecta & tuſa cum axungia vetere, & in plagam impoſita fuerit, plagā aperit & expurgat. Item ſi eam ſimili modo poſt meridiem colligas, & cum axungia piſes & miſceas, impoſita plagę, claudit & perſanat. Ad pedum tumorem vel neruorū dolorem,

¶Herba ſenecion tuſa cum axungia & impoſita, pedum dolorem ſedat vel neruorum potentiſſimè. Ad ſtomachi dolorem.

¶Herbę ſenecionis cauliculi cū cariota bene ſubacti, vt ſit malagmatis genus, & impoſiti in ſtomacho ſummè dolorem ſedant.

Ad lumborum & coxarum dolorem.

¶Herba ſenecion trita cum ſale vt ſit genus malagmatis, oppoſita pedibꝰ prodeſſe dicitur.

Filix. lxxviij.

¶Alij perin, Itali filicam, alii blechnon. Ad ramicem pueri.

¶Herbam filicem quā in radice eſculi arboris inuenies tūde cum axūgia, & panno inductā ſurſum verſus ligabis, ſanabit quinto die. Ad vulnera.

Herbę

¶Herbæ filicis radicem contritam vulneri appoſitam habe.

Ad dolorem fœmorum vel ſurarum.

¶Herba filice fumigabis loca. Item infantem languidum ſi ex ea fumigaueris, facilè conualeſcit. Gramen. lxxix.

¶Alii agroſtin, alii egiron, alii amaxitin, Aegyptij anuphi, alii aſyphylion, alii ſanguinalem, alii vniolam, Hiſpani apariam, Daci cotiatam, Aphri iabel, Itali gramen vocant. Ad epiphoras oculorum.

¶Herbã gramen quæ in ſe ſummũ trifurcum habet (nam in plura diuiditur) decreſcẽte luna ſublatum teres, & in potione dabis cum vino bibere: deinde vnum ex ijs lippire incipienti ad collũ ligato, & celeriter epiphoras diſcutere creditur. Ad ſplenis dolorem.

¶Herbam graminis decoques & eius florem in pãno lineo impones in ſplenem, ſentiet beneficium. Gladiola. lxxx.

¶Alij xyphion, alii anactorion, alii phaſganon, alii macheronion, alii ariõ, alii genitalẽ vocant. Ad veſicæ dolorem, & eos qui vrinã nõ faciũt.

¶Herbam gladiolam effodies & ſiccato cortice radicem eius conterito, & additis vini cyathis duobus, aquæ cyathos tres coniunges, & ſic potabis.

Ad ſplenis dolorem.

¶Herbam gladiolam maturiſſimam lectam, ſiccatam, & piſatam, & in puluerem redactam, & cum vino leniſſimo potui datam, mirificè ſplenem ſiccare credunt. Ad coli & præcordiorum dolorem.

¶Herbæ gladiolæ baccam tritam & lacte caprino, melius ſi aſinino, tepefactam dato bibere, deſinet dolor. Roſmarinum. lxxxj.

¶Alii zeã, aut campſanema dicunt. Naſcitur in locis marinis, & hortis. Anteq̃ thus ſciretur, hac herba homines deos placabant. Ad dolorẽ dẽtiũ.

¶Herbæ roſmarini radicem commanducato, dentium dolorem ſine mora tollet: ſuccum eius ſi ſuper dentem tenueris, mox ſanat. Ad languentes.

¶Herba roſmarino trita cum oleo, languidum perunges, mirè ſanabitur.

Ad prurigines.

¶Herbam roſmarinum conteres, & ſuccum eius cum vino veteri & aqua calida da per triduum bibat. Ad hepatis dolorem vel interaneorum.

¶Herbæ roſmarini faſciculum condis in aquam, adiicies illi amomi puſillum, aut ſpicam nardi, & palmulas duas, rutę cauliculum in ſe coque & aquam earum dabis bibere, ſanus fiet. Ad tuſſim.

¶Herbam roſmarinum cum pipere & melle teris, & facis paſtillos & dabis vnum manè, & vnum ſerò cum dormitum vadit, tuſſim ſedat.

Ad interaneorum dolorem.

¶Herbam roſmarinum viridem, aut aridam dabis vt ſuprà.

Ad oculorum album.

¶Herbæ roſmarini cinerem commiſces cum melle attico & inũgis.

Ad vulnera recentia.

¶Herba roſmarinum contuſa, vel cocta cum axungia & impoſita, optimè facit.

Ad frigora & tertianas.

¶Herbam roſmarinum cõtuſam in calida aqua ſiue cum vino, potui dabis ſub acceſſionem, liberabis eum.

Paſtinaca ſyluatica. lxxxij.

¶Alij carotam, Aphri ſicham, Græci ageriontaphilon, alij eugon, Itali paſtinacam ſylueſtrem dicunt. Naſcitur in locis ſaxoſis & aggeribus.

Ad mulieres quę à partu laborant & non purgantur.

¶Herba paſtinaca ſyluatica cocta, aqua eius ſe foueat, ſanabitur.

Ad purgationem mulieris.

¶Herbã paſtinacã ſyluaticã coctã cum eadem aqua qua cocta eſt commiſce, & dato bibere, purgabitur.

Perdicalis. lxxxiij.

¶Alij muralem, alij perietariam.

Ad podagram aut gonagram.

¶Herba perdicalis coquitur in aqua, & ex ea aqua fouebis pedes, vel genua: deinde ipſam tuſam cum axungia impones panno, induc tũ pedibus vel genibus, ſanabis mirè. Naſcitur in parietibus, aut maceriis, aut aggeribus.

Mercurialis. lxxxiiij.

¶Græci linozoſtin, alii chryſitin, alij argyricen, prophetæ hermu botanion, Itali mercurialem nominant.

Ad ventris duritiem.

¶Herbam mercurialem coques, & tritam ex paſſo dabis, ſtatim detrahet & ſtomachum purgabit: etiam ſemẽ eius tritum cum paſſo dabis, idẽ detrahet.

Ad menſtrua prouocanda.

¶Herba mercurialis admota cum irino vel roſaceo oleo, potui data, mox prouocat.

Ad oculorum epiphoras.

¶Herbæ mercurialis ſuccum tepidum in aurem ſtillato, mox liberabit.

Radiolum. lxxxv.

¶Alii filicinã dicũt, ſimilis eſt filici quę ferè in lapidetis naſcitur, vel in parietinis, habens in folijs ſingulis binos ordines punctorum aureorum.

Ad capitis dolorem.

¶Herbam radiolum contuſam, & antè curioſe depurgatam, cum àceto ſcyllitico vſq; adeò decoctã donec nõ pareat, perũgito, capitis dolorem ſedat.

Ad aluum concitandam.

¶Herbæ radioli radicem euulſam, & cultro corticem depurgatam cum malua tere, & ita ius earum bibito, ſine labore vel aliquo tędio ventrẽ deducit, & omnes æſtus depellit.

Aſparagus agreſtis. lxxxvj.

¶Alii petreon, alij myacanthã vocant.

Ad veſicæ dolorẽ vel tumorem.

¶Herbę aſparagi agreſtis radicem coque in aquæ ſextario in pultario nouo ad quartas, & ieiunus diebus ſeptem ſumat potui, plurimis diebus balneo vtatur, in frigidã nõ deſcendat neq; frigidam bibat, miram rem experietur.

Ad dentium dolorem.

Herbæ

¶Herbæ aſparagi ſuccum in ore contineri oportet. Ad elephantioſos.

¶Herbæ aſparagi radix trita, cocta imponitur. Ad renum dolorem.

¶Herbę aſparagi agreſtis radix trita, cū vino potata ꝓficiet. Si quis maleuolus deuotarit hominem, herbę aſparagi agreſtis ſicca radice cū aqua fontana luſtrabis eum, & ſolutus erit. Sabina. lxxxvij.

¶Alii brathyn, alii emetiſton, alii cynophodion, prophetæ riophormon, alii acatachiron, Itali Sabinam appellant.

Ad morbum regium, hoc eſt, auriginem.

¶Herba ſabina cū melle & vino potata, auriginem diſcutit: cum vino trita idem facit. Ad capitis dolorem.

¶Herba ſabina diligenter trita, cum aceto & oleo roſaceo mixta, capiti & temporibus illinita, valde prodeſt. Ad carbunculum.

¶Herba ſabina cum melle illinitur. Ad ignem ſacrum.

¶Herba ſabina cum melle illinitur. Canis caput. lxxxviij.

¶Græci anterniō, alii cynocephalon, prophetæ inſerios taphe, Itali canis cerebrū, alij digitū Veneris nuncupant. Ad epiphoras oculoꝝ.

¶Herbæ canis cerebri radicem cum aqua decoque, & de ea aqua oculos foueto, celeriter lenit. Eruſcus, id eſt, rubus. lxxxix.

¶Gręcis batos idęus, aliis cynobatos, aliis aſyntrophę, Italis ſētes, prophetis hæmaticanos, aliis mora ſyluatica dicitur. Ad auriū dolorē.

¶Herbę eruſci teneri ſuccus expreſſus, tepefactus & inſtillatus, aurium dolore liberat & perſanare certum eſt. Ad hęmorrhoidas reſtringendas.

¶Herbæ eruſci teneri cymæ nouem, & myrti ſyluaticæ cymę itē nouem, maligranati ſicci cortices tres coquuntur in ſe, & in calida eorum ſedes in cathedra, & cum refrigerauerit, fomētabis tibi anum: hoc triduum facies, mirificè reſtringet & ſanabit. Ad profluuium mulieris.

¶Herbæ eruſci cymas teneras ter ſeptenas coque in aqua vſq; ad tertias, & ꝑ triduū ieiuno dabis, ita vt quotidie renoues potionem. Ad cardiacos.

¶Herbæ eruſci folia trita imponuntur māmillæ ſiniſtræ, dolorem ſiſtit.

Aduerſus gingiuarum & labiorum vitia.

¶Herbæ eruſci cauliculis teneris in vino decoctis, ipſum vinum in ore cōtinetur. Ad vulnera recentia.

¶Herba eruſci, aut flos eius īponitur, ſine periculo ſanat. Ad cōdylomata.

¶Herba eruſcus in vino decoquitur ad tertias, eoq; vino fouentur condylomata, & omnia vitia ſedat. Contra ſerpentum & hominum morſus.

¶Herbæ eruſci folia recentia trita imponuntur. Ad dentes confirmādos.

¶Eruſci cymas in vino auſtero ad tertias decoquis, & ex eo in ore tenes, & ipſa folia maſticas, confirmat. Millefolium. xc.

¶Alij Myriophyllon, alij melophyllon, alii ſtratioticen, alij achilliō, Itali millefoliū vocāt. Hanc herbam Achilles inuenit, vnde vulne ra

ra ferro ꝑcuſſoꝝ ſanauit, quæ ob id achillea vocatur: hac ſanaſſe Telephonem dicunt.

Ad dentium dolorem.

¶Herbæ millefolij radicē ieiunūs cōmanducet.

Ad vulnera ferro facta.

¶Herba millefolium cū axungia piſata & impoſita, vulnera ſanat & purgat.

Ad tumores.

¶Herbæ millefolii ſuccus cū aceto bibitus, ſanat.

Ruta hortenſis. xcj.

Alij beſaſa, Aegyptij epnubu, Syri armala, Aphri churma dicunt.

Ad ſanguinem fluentem de naribus.

¶Herba ruta hortenſis frequentius odorata ſanguinem de naribus mirè reſtringit.

Ad inflationes.

¶Herbę rutę hortenſis crudæ paululum edito, vel in potione ſumito.

Ad ſtomachi dolorem.

¶Herbę rutę ſemē cū ſulphure viuo & aceto ieiunus guſtato.

Ad inguen.

¶Herba ruta viridis coquitur ex oleo, deīde cōmiſcetur cera, & vt cerato in linteolo vtitur.

Ad epiphoras oculorum.

¶Herba ruta cum polenta bene trita & appoſita, lenit epiphoras: etiam radix contuſa & linita emendat.

Ad caliginem oculoꝝ.

¶Herbę rutæ hortenſis rorem matutinum collectum in vaſculo habeto, & ex eo oculos perunges.

Ad carbunculos.

¶Herba ruta ex aceto tuſa imponitur.

Ad morſum canis rabidi.

¶Herbæ rutæ pondo. xv. ex vino bibuntur, plagæ tria imponuntur rutę folia trita cum melle, ſale & pice.

Ad cardiacos.

¶Herbæ rutæ faſciculus cū roſaceo oleo decoquitur adiecta aloes vncia, & olei perūctio dolori reſiſtit.

Ad lethargicum excitandum.

¶Herba ruta cum aceto infunditur fronti.

Ad ignem ſacrum.

¶Herba ruta ex aceto & oleo illinita ſanat.

Ad aciem oculorum.

¶Herbæ rutæ folia ſubinde mādūcet ieiunus: cum vino contrita & potui ieiuno data, antidotum eſt.

Ad profluuium mulieris.

¶Herbam rutæ circumſcribe auro, & ebore & argento, ſublatam eam alligas infra talum.

Ad fluens ſemen.

¶Herba ruta manducatur à balneo cum liquamine.

Ad capitis dolorem.

¶Herba ruta ex vino potui datur, & inſtillatur capiti cum aceto roſaceo.

Mentaſtrum. xcij.

¶Alij ſylueſtrem mentam vocant.

Ad aurium vitia vel dolores.

¶Herbæ mentaſtri ſuccus cum vino auſtero mixtus, & in auriculam coniectus, vermes natos necare creditur.

Ad elephantioſos.

¶Herbæ mentaſtri folia commanducata ſanare certum eſt.

Vt ſcias in cuius ſtellæ tutela natus ſis.

¶Herbam mentaſtrū tolles mūdus & in linteolo mundo habeto, & quando in pane cocto granum frumenti integrum inueneris, ſimul cum herba

ponito,

ponito, & preceris ſeptem ſtellas, hoc eſt, Solem, Lunam, Martem, Mercurium, Iouem, Venerem, Saturnũ, & ſub puluino pone, atq; roga vt tibi per quietem oſtendant, in cuius ſtellæ tutela ſis.

Ebulum. xciij.

¶ Alijs chameacte, aliis helioſacte, aliis agria acte, aliis euboica, Gallis ducone, Romanis ebulum, Dacis oliua.

Ad calculoſos.

¶ Herbam ebulum tenerum cum foliis tritum ex vino potui dabis, calculum expelles.

Ad ſplenem.

¶ Radicem ebuli coctam ad tertias cum aqua bibat.

Ad colubri morſum.

¶ Herbam ebulum antequam ſuccidas teneas eam, & ter nouies dicas: omni malæ beſtiæ canto, atque eam ferro quam acutiſſimo elimo ſecus terram trifariam præcidito, & id faciens de eo cogites cui medeberis: reuerſus ita ne reſpicias, & ipſam herbam contritam imponito, continuò ſanabitur.

Ad hydropicos.

¶ Herbæ ebuli radicis ſuccus expreſſus ad cyathos quatuor ex vini ſextario & ſemis potui ſemel in die datus, hydropicis validiſſimè ꝓdeſt: per anũ enim humor omnis detrahitur.

Ad ſplenis dolorem.

¶ Herbę ebuli radicem ſiccatam, & in puluerem molliſſimum redactam, ex vini cyathis tribus pulueris cochlearia in limine ſtans bibat, & ebulum ſemper ſecum habeat: ſed ebulum ſine ferro lectũ.

Pulegium xciiij.

¶ Alij arſencanthon, Galli aluolum, Aphri apoleium, alij galiſopſim, Itali pulegium, Græci glichonã vocant.

¶ Pulegium quam vim medicamentis ſecum habeat multi ignorant. Duo enim genera ſunt, maſculus & fœmina: maſculus album florem habet, fœmina rubeum ſiue purpureum, vtriq; vtiles ſunt & mirabiles.

Ad caput ne ab æſtu concaleſcat.

¶ Herbam pulegium tecum aut ſuper aurem, aut ſub anulo portato: hoc & hyeme tota facito, nec grauedinem ſenties, nec perfrictionem.

Ad dolorem inteſtinorum infantium.

¶ Herbam pulegium tritum ex aqua ſuper vmbilicum imponito, continuò ſanus fiet.

Ad ſtomachi nauſeam.

¶ Herbam pulegium tritum, vel in aqua maceratum cum aceto potui dabis, nauſeam ſtomachi ſedat.

Ad veretri pruriginem.

¶ Herba pulegium in aqua feruente maceratum tam diu donec bibi poſſit aqua, optimum eſt, & pruriginem ſedat.

Ad ventris dolorem.

¶ Herba pulegium commanducatum, & in vmbilicum poſitum, & religatum ne excidat, continuò dolorem diſcutit.

Ad tertianas.

¶ Herbę pulegij ramulos lana inuolutos odoretur ante acceſſionem: quod ſi coronam in capite habuerit, capitis dolorem ſedat.

Si infans mulieris in vtero mortuus fuerit.

¶ Herbæ pulegii caules tres recentes ſuauiter olentes tere, & in vini veteris

ris optimi quartario da bibat.

Ne in naui nauſees.

¶Herbam pulegium & abſinthium ſimul tere, & ex oleo & aceto nares frequenter frica.

Si mulier minus purgatur.

¶Herbę pulegij ſemiũciam in oxymellis cyathis duobus manè ieiunus bibat.

Si ſecundæ aptè non ſequuntur.

¶Herbę pulegii tres diſtringe caudas, & in vino bono da bibat.

Ad veſicæ dolorem & calculum.

¶Herbam pulegium in vini cyathis duobus bene contritũ ieiunus bibat, & continuò in ſolium deſcendat, intra paucos dies ſanabit, & calculus pelletur.

Si quis circa cor, aut pectus dolet.

¶Herbam pulegium glutiat ieiunus.

Si ſpaſmus fuerit.

¶Herbam pulegium in aceto cyathis duobus ieiunus bibat.

Si mulier obticuerit.

¶Herbam pulegium contritum, & in puluerem redactum, lana inuolutum, ſubijciatur ab obſtetrice.

Ad ſtomachi inflationem aut inteſtinorum.

¶Herbam pulegium ex aqua calida contritum, vel ex vino, aut per ſe dato, remittet citò.

Ad bilem eijciendam.

¶Herbã pulegium in oxymellis quartario, vel cyathis quatuor ieiuno da bibere, eijciet bilem & ſaniem albam, & faciet vt facilè reſpiret.

Ad penis dolorem.

¶Herbam pulegium decoque ex aceto, & idem acetum calida permixtũ potui dabis: ne quid pulegij prægnanti dederis.

Ad ſciã vel coxarum dolorẽ.

¶Herbam pulegium, & piper æquis ponderibus tritum in balneo fricabis vbi dolet frequenter, ſanus erit.

Nepeta. xcv.

¶Græci menteorion, alij diaulas, Prophetæ emaminonon, Itali nepetam montanam dicunt.

Ad ſerpentium morſus.

¶Herbæ nepetæ montanæ ex vino tritæ ſuccus expreſſus, cum vino potui datur, cuius folia contrita plagæ vtiliter imponuntur.

Peucedanus. xcvj.

¶Alij agrion, alij agriophyllon, Magi bonum dęmonem, Romani ſatariam, Prophetæ agathon.

Ad ſerpentes effugandos.

¶Herba peucedanus arcet ſerpentes odore ſuo: cum betonica aut adipe ceruina, aut medulla aceto mixto, eadémque morſui impoſita, medetur.

Ad phreneticos.

¶Herba peũcedanus cum aceto capiti infuſa ſummè facit.

Inula campana. xcvij.

¶Græci panax chimoria, alii centauria panax,

Ad veſicæ dolorem.

¶Herba inula campana, & apij ſemen, & aſparagi, & fœniculi quoque radices in vnum tritæ, & in tepida potui datæ, efficaciter proſunt.

Ad dentium remedia.

Herbam

¶Herbam inulam campanam ieiunus commanducet, dentes confirmat.

Ad lumbricos.

¶Herbæ inulæ folia ex vino trita ſuper ventrem ponuntur.

Cynogloſſa. xcviij.

¶Alij prigia, alij ennomon, alii ſpemon, alii caballion, alii acolymbos, alii pyrgos, alij leoceion, Aegyptij cenis, Itali lingua canina, alij ſublinium, alij lingua macedonica.

Ad morſum ſerpentis.

¶Herba lingua canis trita & ex vino ſūpta, multū ꝓdeſt. Ad quartanas.

¶Herba cynogloſſa quę folia quatuor habet, piſata, & potui data ex aqua, liberat.

Ad aurium ſurditatem.

¶Herbæ cynogloſſæ ſuccus ex paſſo, & oleo tepefactus, & in aures ſtillatus, mirè ſanat.

Saxifraga. xcix.

¶Alii ſarxiphagon, alii ſarxiphrangon, alii empetron, Romani ſaxifragā vocāt. Naſcit̃ in montuoſis locis & ſaxoſis. Ad calculoſos.

¶Herbam ſaxifragam contritam in vino bibendam dabis febricitanti in aqua calida: tam præſens effectus ab expertis traditur, vt eodem die perfractis eiectiſque calculis, ad ſanitatem perducat.

Hedera nigra. c.

¶Aliis cittaron, aliis ciſſaron, aliis chryſocarpos, aliis poetica frons, aliis corymbethra, aliis ciſſion dicitur.

Ad calculos pellendos.

¶Herbæ hederæ nigræ baccas. vij. aut. xj. cōtritas & ex aqua potui ſumptas, mirè calculos in veſica congregatos frāgere, & extrahere per vrinam, certum eſt.

Ad capitis dolorem.

¶Herba hedera cum oleo roſaceo, & cum ſucco eius mixto vino tempora & frontem perfricabis, ſedat dolorem.

Ad ſplenis dolorem.

¶Herbæ hederæ nigræ grana primò tria, ſecundò quinque, tertiò ſeptē, quartò nouem, quintò vndecim, ſextò tredecim, ſeptimò quindecim, octauò ſeptemdecim, nonò nouemdecim, decimò vigintiunum in vino bibuntur ternis diebus: ſi cum febre fuerit, in aqua calida maximo auxilio lienoſis erit, & remediatur.

Ad ſphalangionum morſus.

¶Herbæ hederæ radicis ſuccus imponitur.

Ad vlcerum remedia.

¶Herba hedera ex vino decocta imponitur.

Ad nares malè olentes.

¶Herbæ hederæ ſuccus bene colatus in nares infunditur.

Ad aurium inutilitatem, & qui minus audiunt.

¶Herbæ hederæ ſuccus mundiſſimus cum vino in aurem ſtillatus medetur.

Serpullum. cj.

¶Alii zygos, Aegyptij merui, alii polion, alii cicer erraticum.

Ad capitis dolorem.

¶Herbæ ſerpulli ſucco cum oleo & ſale perfricto, & in puluerem molliſſimum redacto, his omnibus commixtis caput perūctum ſanatur. Item ſerpyllum decoctum in aceto & tritū, illinitur temporibus & fronti.

Abſinthium cij.

¶Alii bathy picron, Aegyptij ſomi, Itali abſinthium. Naſcitur locis cultis, & montuoſis, & ſaxoſis. Ad periculum fungorum.

¶Herbæ abſinthij ſuccum ex aceto bibat. Hoc ſerotinus vir Centaurius euaſit, cum eſſet à fungis tentatus. Ad liuores tollendos.

¶Herba abſinthium in aqua decoctum, & inductum panno, imponis At corpus tenerum ſi fuerit, ex melle impone. Ad lumbricos.

¶Herbę abſinthii, & marrubii, & lupinorum paria pōdera in aqua mulſa cocta, vel in vino, bis aut ter poſita in vmbilicum, necant lumbricos.

Ad inguinis vel intertriginis moleſtias.

¶Herbæ abſinthij ſurculum ſumito, & in ſemicincto tectum portato.

Saluia. ciij.

¶Alij elelíſphacō, alij elaphoboſcon, alii phacon, alii croſmin, alij phagnon, Aegyptij becion, Itali ſaluiam vocant. Ad veretri pruriginē.

¶Herba ſaluia decoquitur, & de ea aqua inferiores partes fomentantur, & ſedat pruriginem ſummè. Coriandrum. ciiij.

Ad lumbricos.

¶Herba coriandrum coquitur ad tertias in oleo, & capiti immittitur.

Vt mulier citò pariat.

¶Herbæ coriandri ſeminis grana vndecim, aut tredecim in linteolo mundo ligata, puer ~~aut puella virgo ad~~ fœmur ſiniſtrum prope inguen teneat: & mox vt omnia peracta fuerint, remediū citò ſoluat, ne inteſtina ſequantur. Ad pulices.

¶Herbæ coriandri aquam in domum ſpargito. Cerifolium. cv.

Ad ſtomachi dolorem.

¶Herbæ cerifolii viridis cymas tres colligis, & pulegium in ligno teres, & mellis cochlearia miſces cum bullit, adiunges papauer viride, & inducis in ſtomachum. Siſymbrium. cvj.

¶Alij ſerpyllum, alij Veneris coronam, Romani veneream, aut cruſteralem vocant. Ad veſicæ dolorem, & ſtranguriam.

¶Herbę ſiſymbrij contriti exceptos ſuccos ad ſcrupulos duos febricitanti ex aqua calida: non febricitanti ex vino potui dabis, remediabitur mirè.

Oleaſtrum. cvij.

Ad veſicæ dolorem & ſtranguriam.

¶Herba oleaſtrū trita, & ſæpe potui ſumpta, ſtranguriam potenter emendat. Lilium. cviij.

Græci crinon baſilicon, alij crinanthemon, alij callirion, Magi Martis ſanguinē, Oſthanes auram Crocodili, Aepyptij ſimphæphon, alij tialon, Itali lilium vocant. Ad percuſſum à ſerpente.

¶Herbæ lilij bulbum cōterito, & in potu dabis: aut ipſum bulbum tritū morſui

morſui apponas, ſanabitur. Ad luxum.

¶Herbæ lilij folia tuſa & impoſita, efficaciter ſanant: & ſi tumor fuerit, ſedant. Tithymalus. cix.

¶Naſcitur in locis humidis & ripis. Ad interaneorum dolorem.

¶Herbæ tithymali fruticē teres, & in vini cyathis duobus mittes ſuccos, cochlearia duo dato ieiuno bibere, ſanabitur. Ad verrucas.

¶Herbæ tithymali lac mixtum cum herbæ batrachi ſucco, ſi in verrucā impoſueris, tertio die ſanabitur. Ad fiſtulas.

¶Herbæ tithymali ſuccum cum vino mixtum ſupèr exprimito, deinde cæteris fomentis obligato. Carduus ſyluaticus. cx.

¶Alij camereon dicunt. Naſcitur in pratis, & ſecus vias.

¶Ad infirmitatem ſtomachi.

¶Herbæ cardui ſyluatici quod habet in capite ſummo medullā viridem dato ex oxygaro, ſedat. Ad occurſus malos.

¶Herbam carduū ſyluaticum, ſi Sole nono fuerit Luna in Capricorno, tollis eum, & quamdiu tecum portaueris, nihil mali tibi occurrit.

Lupinus montanus. cxj.

¶Naſcitur ſecus ſepes, & loca ſabuloſa. Ad lumbricos & tineas.

¶Herbam lupinum montanum tere & dato ex aceto cyathum vnum bibere, ſine mora eijciet. Idem infanti cum abſinthio tritus in vmbilico imponitur. Laterida. cxij.

¶Græci coccos cnidios, alii chamælæa, Aegyptii ethertinum, Itali citocacium, alii laterida. Naſcitur in locis cultis, & ſabuloſis.

Ad duritiem ventris.

¶Herbæ lateridæ ſemen, quod eſt granum, dabis purgatū potui in aqua calida, mox aluus concitatur. Lactuca leporina. cxiij.

¶Naſcitur locis cultis, & ſabuloſis. Lepus æſtate cum animo deficit æſtu, hac herba remediatur. Ideo lactuca leporina dicitur. Ad febricitantes.

¶Herba lactuca leporina ponitur ſub puluino neſcienti, remediatur.

Si pili oculis obſtant.

¶Herba lactuca leporina pilos ſummè religat. Sicydes agria. cxiiij.

¶Itali cucumerem ſyluaticum appellant. Naſcitur locis maritimis, & calidis. Ad neruorum dolorem, & podagram. *Ad neruoꝝ dolorē et podagram*

¶Herbæ cucumeris ſyluatici radices coques ex oleo cibario ad tertias, & ipſis radicibus inunges eos. Ad abortum.

¶Herbę cucumeris ſyluatici radicē ad tertias coquat, & inde ſe ſublauet. Si quis autem ieiunus fructum eius ederit, periclitabitur: ideo abſtineat ne ieiunus manducet. Cānabis ſyluatica. cxv.

¶Naſcitur locis aſperis, & ſecus vias, & ſepes. Ad māmillaꝝ dolorē. *Ad mamillarum dolorem*

¶Herbam cannabem ſyluaticam tūſam cū axungia imponat, diſcutit tumorem

morem: & ſi fuerit collectio, expurgat. Ad frigore exuſtos.

¶ Herbæ cannabis ſyluaticæ fructum tritum cum vrticæ ſemine ſubiges aceto, & eis impones. Piganon agrion. cxvj.

¶ Itali rutam montanā dicunt. Ad caliginē oculoꝝ, & qui vlcera habēt.

¶ Herbæ rutæ montanę florem & folia coque, & in vaſculū vitreū mitte, vinum vetus admiſce, & ſic inunges oculos. Ad præcordioꝝ dolorem.

¶ Herbam rutam montanam contunde in vaſe ligneo, deinde adde tribus digitis quod prendere poteris, & mitte in calicem, & vini cyathum vnum, & aquæ cyathos duos da bibat, & cōtineat ſe in lecto modicū, & ſanus erit.

Ad hepatis dolorem.

¶ Herbæ rutæ manipulū in ollam nouā mitte, & aquę heminas tres, melliſq; eodē adijcito tantundem, & facis inferueſcat aqua cū melle, & per triduū facies bibere, & plurimos poteris ſanare. Ad eos q̄ vrinā facere nō pn̄t.

¶ Herbæ rutæ montanæ cauliculos nouem contere, addito aquæ cyathos tres, & aceti heminam, ſufferueāt, & da bibat cōtinuè per dies nouē, ſanus fiet. Ad exterminatos à vino.

¶ Herbæ rutæ montanæ ſemen cū vino bibant. Si quē ſcorpio pcuſſerit.

¶ Herbæ rutæ montanæ ſemen contritum ex vino dabis potui, dolorem ſedat. Si mulier aliquid mali intrinſecus habuerit.

¶ Herbæ rutæ montanę ſemen contritum, ex vino auſtero da bibat.

Heptaphyllon. cxvij.

¶ Itali ſeptemfolium vocant. Naſcitur locis cultis, & ſabuloſis.

Ad pedum dolorem vel auriginoſos.

¶ Herbæ ſeptemfolij tritæ cum luto mixto ſucco pedes perunges, tertio die dolorem tollit. Ocimum. cxviij.

Ad capitis dolorem.

¶ Herba ocimum tritum cum oleo roſaceo, aut myrteo, vel aceto, fronti imponitur. Ad epiphoras oculorum.

¶ Herba ocimum ex vino optimo tritum, oculis illinitur. Idem ad renes in maligranati cortice bibitur. Apium. cxix.

¶ Gręci ſelion. Ad epiphoras oculorum.

¶ Herba apio trito bn̄ cū pane, oculi tegūtur. Hedera chryſacāthes. cxx.

¶ Græci Cyſſos chryſacanthes. Ad hydropicos.

¶ Herba hedera chryſacanthes dicitur ideo quia grana fert coloris aurei. Hæc grana viginti in vini ſextario contrita, & ex vino terni cyathi bibiti per dies ſeptē, proficiunt eis qui per vrinā exinaniuntur. Menta. cxxj.

¶ Græci hedyoſmon. Ad ignem ſacrum.

¶ Herbæ mentæ ſuccus expreſſus adiecto ſulphure & aceto, & penna inunctus, ſine dolore ſanat. Ad vlcera in capite manantia.

¶ Herba menta contrita, & impoſita, vlcera ſiccat. Anethum. cxxij.

Ad

Ad veretri pruriginem.

¶Herbam anethum combure & cōmiſce cum melle, deinde vulnus foue ex aqua, poſtea ex myrtino oleo calido laues, & ſic medicamen impone.

Ad loca mulierum ſi dolent.

¶Herba anethum medicamen eſt, piſatum igitur inijciatur ab obſtetrice.

Ad capitis dolorem.

¶Herbę anethi florē cū oleo decoques, temporibúſq; alligato & illinito.

Origanus. cxxiij.

Ad tuſſim.

¶Herbā origanū māducet, miraberis effectum.

Sēperuiuens. cxxiiij.

¶Alii vngulā Martis, alii vnciā Veneris, alii multifolium, alii partum maiorem, alii partum minorem, alii immortalem vocant.

Ad apoſtema.

¶Herbā ſemperuiuentem cum axungia & pane & coriandro contritā, vice malagmatis impone.

Fœniculum. cxxv.

Ad tuſſim.

¶Herbæ fœniculi radicem tuſam in vino ieiunus bibat per dies nouem.

Ad veſicæ dolorem.

¶Herbæ fœniculi viridis faſcem, & apij viridis radicem, aſparagi agreſtis radicem, in pultarium nouum mittis, & aquæ ſextarium, & ſimul ferueant ad quartas, & ieiunus bibat diebus ſeptem vel pluribus, balneo vtatur, in recentem non deſcendat, frigidam non bibat, veſicæ dolorem ſedat ſine mora.

Eriphyon. cxxvj.

¶Itali rutam agreſtem dicūt. Naſcitur in Gallia in monte Syra, & figurā habet apii, & florem quoq; purpuræ, ſimilem naſturcio, ſeptem radicibus totidémque ramulis. Ipſa autem patula humo, aſperis minimiſq; irriguis omni florens tempore, ſemen habet tanquam fabā.

Ad phthiſicos.

¶Herba eriphyo piſata, ſuccum eius potui dato, miraberis virtutem.

Symphytum album. cxxvij.

Ad profluuium mulieris.

¶Herba ſymphytum ſiccata, piſata, & in puluerē molliſſimū redacta, in vino potui datur, mox reſtringit.

Petroſelinum. cxxviij.

¶Itali triennē dicunt.

Ad morſum ſerpentis.

¶Herbæ petroſelini puluerem molliſſimum drachma vna ex vino potui dabis, ipſáque contrita plagæ imponitur.

Ad neruorum dolorem.

¶Herba petroſelinum tuſa, & impoſita, neruorum dolorem ſedat.

Braſſica ſyluatica. cxxix.

Ad tumores omnes.

¶Herbam braſſicam ſyluaticam cum axungia vetere piſatam, & commixtam quaſi malagma, inducis linteolo groſſo, & tumori imponis.

Ad lateris dolorem.

¶Herbā braſſicā ſyluaticā impones vt ſuprà dictū eſt. Ad podagram.

¶Herbam braſſicam ſyluaticam identidem conficies vt ſuprà dixi, quòd ſi vetuſtiſſima fuerit eò efficacior erit.

Baſilica. cxxx.

¶Itali regiā dicunt. Herba baſilica in illis locis naſcitur, vbi fuerit ſerpens baſiliſcus, non autem vnum genus eſt eorum, ſed genera ſunt tria: vnus eſt holochryſꝰ, alius eſt ſtellatus capite aureo, tertius eſt ſanguineus vt miniū. Holochryſus qui dicitur chryſeos quod viderit inflat, & incendit: ſtellatus autem, qui eſt chryſocephalus, quod viderit areſcit, & occidit: tertius autē qui eſt hæmatites, quod viderit & percuſſerit, defluet, ita vt oſſa per ſe remaneant. Omnes violentias eorum hæc herba regia obtinet: ſi quis homo eam ſecum habuerit, ab omni genere ſerpentium tutus erit.

Mandragora. cxxxj.

¶Mandragora eſt herba quædam habens radicem habentem ſimilitudinem humanam, cuius color eſt cinericius. Inuenitur quandoq; nigra complexionem frigidam & ſiccam habēs, ſed eius cortex debilis eſt & ſubtilis, habens narcoticam virtutem: in qua quidem radice reperiuntur lachrymæ & ſuccus. Eſt enim mandragora maſculus & fœmina, quæ per ſua folia cognoſcuntur. In maſculo quidem folia apparent folijs bliti, ſed in fœmina folia ſunt ſicut lactuca, licet quandam habeant aſperitatem: habent virtutem ſtringendi, mollificandi, īterficiendi: ſi enim aliquis eam comederit, morietur ſtatim: ſi non ſuccuratur cum butyro & melle, & ilico euomat, aliter non euadet. Etiam ſi alicui aliquod membrum fuerit emutilandum, comburendum, vel ſerrandum, bibat cum vino vnciam mediam, & tantū dormiet quouſq; abſcindatur membrum aliquo ſine dolore, & ſenſu: dens etiā elephantis cum ea mollificatur, taliter vt fiat mollis, & aptus cuicunq; formæ. Odor huiuſmodi radicis inducit apoplexiam præcipuè maſculi: poſita in vino inebriat vehementer: & ſi fiat naſcale pro mulieribus, educit fœtū viuum vel mortuum, & matricem mundificat, quando bibitur drachma vna vel duæ: & ſi miſcetur cum ſulphure & bulliat in vino & ſedeat mulier deſuper, abſcindit fluxum menſtruorum: maculæ faciei delentur cum ſuis folijs, ſi bene fricentur. Etiam poma prædictæ mandragorę vel etiam radix cū aceto mixta eriſipelam curat: ex pomis autem fit aliquando quando bene teruntur, & cum oleo commiſcentur: quod quidem multa operatur quando radix, ſecundum quòd humano corpori opus eſt, applicatur.

FINIS.

Vettonica. j.
Plantago. ij.
Quinquefolium. iij.
Verminacia. iiij.
Symphoniaca. v.
Viperina. vj.
Venerea. vij.
Pes leonis. viij.
Scelerata. ix.
Batration. x.
Artemiſia. xj.
Artemiſia traganthes. xij.
Artemiſia leptaphyllos. xiij.
Lapatium. xiiij.
Dracontea. xv.
Satyrion. xvj.
Gentiana. xvij.
Orbicularis. xviij.
Polygonum. xix.
Ariſtolochia. xx.
Naſturcium. xxj.
Hierobulbus. xxij.
Apollinaris. xxiij.
Chamæmelon. xxiiij.
Chamędrys. xxv.
Chamælæa. xxvj.
Chamæpitys. xxvij.
Camędaphne. xxviij.
Hortriago. xxix.
Britannica. xxx.
Lactuca ſyluatica. xxxj.
Argemonia. xxxij.
Aſphodelus. xxxiij.
Oxylapatium. xxxiiij.
Centaurium maius. xxxv.
Centaurium minus. xxxvj.
Proſopis. xxxvij.
Fraga. xxxviij.
Althæa. xxxix.
Hippuris. xl.
Erratica. xlj.
Bugloſſum. xlij.
Bulbus ſcyllaticus. xliij.
Cotyledon. xliiij.
Gallicrus. xlv.
Praſſion. xlvj.
Xiphion. xlvij.
Gallitricum. xlviij.
Moly. xlix.
Heliotropion. l.
Crias. lj.
Polytrichum. lij.
Aſtula regia. liij.
Papauer. liiij.
Oenanthes. lv.
Narciſſus. lvj.
Splenion. lvij.
Polion. lviij.
Victoriola. lix.
Confirma maior. lx.
Aſterion. lxj.
Leporis pes. lxij.
Dictamnum. lxiij.
Solago maior. lxiiij.
Solago minor. lxv.
Pæonia. lxvj.
Periſtereon. lxvij.
Brionia. lxviij.
Nymphæa. lxix.
Criſſion. lxx.
Iſatis. lxxj.
Scordion. lxxii.
Verbaſcus. lxxiii.
Heraclea. lxxiiii.
Chelidonia. lxxv.
Solatrum. lxxvi.
Senecion. lxxvii.
Filix. lxxviii.
Gramen. lxxix.
Gladiola. lxxx.

Roſmarinum.	lxxxj.	Oleaſtrum.	cvij.
Paſtinaca ſyluatica.	lxxxij.	Lilium.	cviij.
Perdicalis.	lxxxiij.	Tithymalus.	cix.
Mercurialis.	lxxxiiij.	Carduus ſyluaticus.	cx.
Radiolum.	lxxxv.	Lupinus montanus.	cxj.
Aſparagus.	lxxxvj.	Laterida.	cxij.
Sabina.	lxxxvij.	Lactuca leporina.	cxiij.
Canis caput.	lxxxviij.	Sicydes agria.	cxiiij.
Eruſcus.	lxxxix.	Cãnabis ſyluatica.	cxv.
Millefolium.	xc.	Piganon agrion.	cxvj.
Ruta hortenſis.	xcj.	Heptaphyllon.	cxvij.
Mentaſtrum.	xcij.	Ocimum.	cxviij.
Ebulum.	xciij.	Apium.	cxix.
Pulegium.	xciiij.	Hedera chryſacãthes.	cxx.
Nepeta.	xcv.	Menta.	cxxj.
Peucedanus.	xcvj.	Anethum.	cxxij.
Inula campana.	xcvij.	Origanus.	cxxiij.
Cynogloſſa.	xcviij.	Semperuiuens.	cxxiiij.
Saxifraga.	xcix.	Fœniculum.	cxxv.
Hedera nigra.	c.	Eriphyon.	cxxvj.
Serpullum.	cj.	Symphytum album.	cxxvij.
Abſinthium.	cij.	Petroſelinum.	cxxviij.
Saluia.	ciij.	Braſſica ſyluatica.	cxxix.
Coriandrum.	ciiij.	Baſilica.	cxxx.
Cerifolium.	cv.	Mandragora.	cxxxj.
Siſymbrium.	cvj.		

FINIS

HERBARVM SINGVLORVM SIGNORVM ZODIACI DEMONſtratio, necnon & ſtellarum errantium, quæ quid poſſit.

ARIETIS ELELISPHACOS. I.

PRima herba Eleliſphacos multas virtutes habet, id eſt, ad ſanguinis reiectionem, ad phthiſicos, ad matricis recurſionem, & ad alias paſſiones ipſius.

¶Ad ſanguinis reiectionē, tribus cyathis ſucci eius admiſcetur mellis attici vncia vna, & ieiuno dabitur potui, & mox ſtatuetur ſanguis.

¶Phthiſicis conficiũtur catapotia ſic: croci coricij, id eſt, cilicis drachmas quinq;, ſpicæ nardi drach. ii. myrrhę troglodyticę drach. iiii. Eleliſphaci ſeminis torrefacti drach. iiii. piperis lõgi drach. ii. ſucco Eleliſphaci colliges & facies catapotia, & dabis manè ieiuno tria, & veſperi tria: voratis catapotiis, aquę calidæ cyathi bini mox bibentur.

¶Ad matricis paſſiones, id eſt, ſyroſin & rheumatiſmũ, & alias paſſiones eius acopum conficies ſic: capparis radicis corticis drach. xii. hederæ nigræ ſeminis drach. viii. myrrhę albæ fructus drach. iiii. myrrhę troglodyticę drach. ii. tuſa cretaq; ſucco Eleliſphaci colliges, & facis catapotia ſcrupulorum ternorum, & dabis manè ieiuno vnum, & veſperè vnum.

¶Item ad matricis paſſiones, id eſt, ſyroſin, & rheumatiſmum, & dolores acopum conficies ſic: cæræ albæ drach. xii. medullæ ceruinę drach. ix. roſę ſiccæ drach. iiii. anſerinæ adipis drach. vi. ſucci Eleliſphaci cyathos quatuor, ſicca queq; tũdes & cernes, cętera lento igni ſolues: ſuccum verò coques donec quarta pars eius cõſumatur: repones in vaſe ſtamneo. Vtetur autem ſic: perungat matricem diligenter: quòd ſi dolor intolerabilis fuerit, Eleliſphacum cum radicibꝰ ſuis in aqua multa decoques, & in balneo aut ſemicupio facies mulierem in aqua ipſa ſedere.

¶Malagma ex radicibus Eleliſphaci ad renum dolorē, lienoſos, & iſchiadam conficitur ſic: cæræ drach. viii. ammoniaci guttæ drach. xvi. galbani drach. viii. cedriæ drach. xviii. adipis taurinæ drach. xiiii. radicum Eleliſphaci ſiccarũ drach. xxxii. ſicca quæq; tũdes, & cernes, & commiſces cũ his quæ liquefeceris & colaueris. Prodeſſe autem poteſt ſuprà ſcriptũ acopum etiam ſupraſcriptis paſſionibus.

TAVRI Periſtereon orthos. II.

SEcūda herba Periſtereō orthos, cui9 virtutes ſunt icredibiles. Nā oculoꝝ paſſiōes deſperatas ītra triduū curat ſecūdū cōfectionē.

¶ Ad oculorū vehementē dolorē, & tumores, & omnē epiphorā vteris infrà ſcripto collyrio: croci drach. xiiii. amuli drach. ii. glaucii drach. xvi. tragacanthæ drach. iiii. ouorum trium album teres diligenter cum ſucco περιστερεῶνος ὀρθοῦ, & commiſces, & facies collyria quibus vtaris.

¶ Ad omne autem rheuma coques herbā Periſtereona cum radicibus, & vteris eius fomentis, & mox curaberis.

¶ Ad leucomata, & ſuffuſiones, & deſperatas oculorum paſſiones cōficies hierā ſic: opopanacis drach. ii. lycii indici drach. ii. hęmatitis drach. iiii. croci drach. iiii. amuli drach. ii. glaucii drach. vi. tragacanthę drach. ii. piperis albi drach. ii. opobalſami drach. ii. mellis drach. iiii. Periſtereonis herbæ radicis tuſæ cretæ'q; vnciam, fellis capræ. drach. iii. Periſtereonis herbæ ſucci cyathos tres, ſicca quæq; humectis cōmiſces, & vteris. Hæc compoſitio ſupradictas paſſiones intra triduum ſanas reddit.

¶ Pterygia quoq;, & ſycoſes, chalazia, & his ſimilia vno die curat. Non eſt meum hìc diuinæ maieſtatis laudes dicere. ſed experimento cognoſces.

GEMINORVM Periſtereon ὕπτιος. III.

TErtia herba Periſtereon hyptios, cuius ſucco medicamentū aptiſſimum ad cancromata conficitur ſic: croci vnciam. i. ſemis, roſæ ſiccæ vnciam. i. meliloti pontici vnciam. i. ſemis, & ſcrupula ſex, aluminis ſiſſi vnciam vnam: hæc teres, cernéſque diligenter, & admiſces his Periſtereonis herbę ſucci ſextarios quatuor, & coques in olla noua vſq; eo donec mellis craſſitudo ſit, & vteris. Curat etiā in ore omnes paſſiones.

CANCRI Symphytos. IIII.

QVarta herba Symphytos. Huius & radix, & ſuccus multas habet virtutes. Radix quidem ipſius vulnera, & præciſos neruos glutinat ſic: cerę vncias. vij. medullę ceruinæ vnciam vnam, mānæ thuris vnciam vnam drach. ii. meliloti attici drach. vi. croci drach. ii. reſinę terebinthinæ vncias. ii. drach. ii. Symphyti radicis tuſæ cretæ'q; vncias. iiii. olei roſacei vncias. iii. ſicca humectis miſce, & vtere.

¶ Ad pectoris rheumata, id eſt, arterias, & venas, & ſanguinis reiectionem Symphyti ſucco trochiſcus cōficitur huiuſmodi: apii ſeminis drach. vi. aniſi drach. iiii. croci drach. iii. acori radicis vnciā drach. ii. miſcens cum ſiccis facies trochiſcos drachmarum ſingularum, & dabis patienti vnum ieiuno manè: ſiſtit enim mulieribus ſanguinis profluuium.

¶ Ad oculorum rheumata, & ἀναβρώσεις Symphyti ſucco collyrium conficit huiuſmodi: pſimmythii vnciā vnā, ſpicę nardi drach. iiii. croci drach. ii. meliloti vnciam vnam, cumini drach. iii. Symphyti ſucco admiſce, & factis collyriis vtere.

LEONIS Cyclaminus. V.

QVinta herba Cyclaminus. Huius quidem folium inutile eſt, radix verò admirabilis. Eſt enim madida vt facilè poſſit ex ea ſuccus exprimi: huius ſuccum & mel æquis ponderibus ſi miſceas, & naribus iniijcias, capitis morbum, & phlegmata expurgabit.

¶ Tuſa radix ſicca & cribrata, & melli, & lycio indico ęquis pōderibus admixta, narium vulnera celerrimè curat, ſimiliter & veretri: & oris dentes etiā confirmat, qui moti fuerint: menſtrua mulieribus ſine difficultate deducit: conceptum protrahit, ſi medicamentū lana conuolutū ſupponatur.

¶ Facit etiam ad aurium paſſiones. Conficitur autem medicamentum ſic: cæræ vncias. vii. & drachmas. iiii. reſinæ terebinthinæ vncias. v. ſpumæ argenti vncias. iii. Cyclamini radicis tuſæ & cretæ libaā. i. & drach. duas, olei veteris vncias. v. ſicca quæq; cum humidis miſces, & vteris. Hęc virtus ſtrumas, parotidas, apoſtemata, furunculos, & omnia duriſſima ſoluit, ſuppurationem rumpit: cúmq; aperuerit, vteris medicamine illo, melle & lycio confecto. Hoc enim & purgat, & complet, & cicatricem ducit.

VIRGINIS Calaminthes. VI.

SExta herba Calamīthes virtutē habet valde mirabilē. Cōficitur autem medicamētum, quod accipiet pſimmythij quantum volueris: deinde admiſces oleum roſaceum, & Calaminthis ſuccum menſuris paribus donec in modum mellis efficiatur, & ſuperinductum, combuſturas ſanat. Admirabile autem eius hoc eſt, quia neq; cicatrix apparet, & capillos euocat. Arcebit autem mirificè & ignem ſacrum. Similiter autem ex æquo eum oleo roſaceo ſi miſceas ſuccum nepetæ, & febricitantem perungas, ſanabis. Si autem cimolię, & aloes par pōdus in ſpiſſitudinē mellis efficias, & caput dolenti in frontem inducas & hemicrania, mox ſedabis dolorem.

LIBRAE Scorpiurus. VII.

SEptima herba Scorpiurus, cuius ſunt genera duo, quę quidē de folijs cognoſci non poſſunt. Vna adfert fructum cyaneum, ſimilem vuę nigrę: ſchema vtriuſque ſimile, & color ſimilis myrto. Virtutes habent diuerſas. Cyaneę ſuccus & de fructu, & de foliis exprimitur. De foliis catapotia cōficiūtur hydropicis ſic: cnici fructus drachmas. iiii. aloes drach. viii. ſcammoniæ drach. i. cocci cnidii drach. ii. Scorpiuri ſucco commiſces, & facies catapotia drachmiæa. Ex his incipienti hydropico dabis drachmas ſingulas: deſperatis valde drachmas binas.

¶ De ſucco verò fructus eius catapotia conficies elephantioſis ſic: colophonii drach. iiii. ſucci meonos drach. vi. myrti nigræ drach. iiii. nardi ſtactes drach. vi. æris illyricæ tuſæ crætæ'q; drach. xii. Scorpiuri ſucco cōmiſces, & facies trochiſcos drachmięos. Ex his dabis incipienti elephantiaco drachmas

chmas ſingulas, periclitantibus drachmas binas.

¶Lūbricos habenti dabis drachmæ dimidiū, & purgabis eū ſine periculo.

¶De radicibus Scorpiuri cataplaſma cōficitur hydropicis, & lienoſis, & ad omnes interiores paſſiones, quod æquè & lumbricos eiicit, cuius confectio hæc eſt: erui tuſi & creti diligenter drach.l. ceræ drach.cxx. reſinæ terebinthinæ drach.xxx. cedriæ drach.lxxx. Scorpiuri radicum tūſarum & cribratarū drach.ccc. ſicca quæq; humectis commiſces, & vteris.

¶Altera herba Scorpiurus vtiliores habet virtutes. A feris & à ſerpētibus facilè liberat illos, qui à leuioribus percutiuntur, hoc eſt, ſcorpionibus, ſphalangionibus, ſcolopendris, & marinis beluis venenatis, quibus de ſucco foliorum trochiſcus conficitur huiuſmodi: dauci ſeminis drach.viii. cumini lati drach.vi.aut.xvi. raphani ſeminis drach.iiii. tritis cretiſq; admiſces ſuccum, & facies trochiſcos drachmięos: túmq; dabis binos ex nigri vini cyathis quaternis.

¶Ad aſpidis percuſſum de fructus herbæ ſucco trochiſcus conficitur huiuſmodi: rutę agreſtis ſeminis drach.xj. petroſelini ſeminis drach.xx. pulegii floris drach.ix. tritis cretiſq; admiſces ſuccum, & facies trochiſcos drachmiæos. Cum quis percuſſus fuerit dabis ei trochiſcum vnum, in aceti ex ſcylla confecti cyathis binis, & cogis eum currere.

¶Vnguentū cōficies ſic: medullę ceruinę. ℥. vncias. p̃. vj. ſucci de ſemine herbę Scorpiuri. ℥. vncias. p̃. vj. galbani. ℥. vncias. p̃. vj. olei veteris. ℥. vncias. p̃. vj. Hoc ſi quis vnctus fuerit, licet iter ſerpētes dormiat, nō pcutiet.

¶Aduerſus morſum beſtiarum, id eſt, hyenæ, lupi, vrſi emplaſtrū ex radicibus conficiatur huiuſmodi: cęrę drach.cxx. galbani drach.xl. panacis drach.xl. ſtercoris columbini tuſi cretiq; drach.xxiiii. reſinæ terebinthinę drach.xxx. medullę ceruinę drach.xl. olei veteris drach.lxx. herbę Scorpiuri radicis tuſæ cretæ'q; drach.lxxx. ſicca quęq; humidis cōmiſces, & vteris. Facit hęc compoſitio aduerſus marinorum animalium venena.

SCORPII Artemiſia. VIII.

OCtaua herba Artemiſia, ſuccus eius in plenilunio, Sole in ariete cōſtituto, magnas vtilitates habet. A quartanis enim & tertianis liberat, ſi ſuccū æqua menſura cū oleo roſaceo miſceas, & pungas.

¶Ad lunaticos autem trochiſcus ex ea conficitur ſic: hyoſcyami ſeminis drach.vi. ireos illyrices tuſę cretę'que drach.iiii. reſinę colophoniæ drach.ix. lathyridos drach.ii. Artemiſiæ ſucco commiſces, & facies trochiſcos drachmięos, & repones: cúmq; volueris vti trochiſcum vnum ſolues in cyatho lactis aſinini, & perunges ſicuti & quartanarios.

¶Fit autem ex eadem Artemiſia & acopum ad neruorum paſſiones ſic: cęrę drach. xl. adipis anſerinę drach.xii. medullę ceruinæ drach. xx. galbani drach. xvi. crocomagmatos drach. xii. ireos illyrices tuſæ cretę'q; drach.

xv.irini olei drach.xx.olei veteris drach.xxiiij.herbę Artemiſiæ ſucci cyathi.℥.vj.trita admiſces,& coques donec ſpiſſa fiat ſubſtãtia.Hęc cõpoſitio facit & ad partes corporis quæ valde torpeſcunt.

¶De radicibus Artemiſiæ conficitur & malagma ad matricis recurſionẽ, & neruorum vexationem, & paralyſin ſic: cæræ drach.cxx.reſinæ terebinthinæ drach.xl.xylobalſami tuſi cretique drach.xii.galbani drach.xii.ammoniaci thymiamatis drah.xviij.radicis Artemiſiæ tũſæ cretæ'q; drach.xl.cedriæ drach.xxxij.ſicca quæq; cum humectis miſces & vteris.

¶Si coquas Artemiſiam herbam,& ſedeat mulier ſuper eius vaporem,ſtricturam matricis habens (quod malum Græci πνιγμὸν dicũt) & carcinoma, curabitur.

SAGITTARII Anagallis IX.

BOna herba Anagallis.Huiꝰ ſunt genera duo,rubeum,& cyaneũ.in folijs tantummodo habet vtilitatem.Anagallidis itaq; herbæ cyaneæ ſuccus commixtus melli pari pondere, & infuſus naribus, phlegma ducit,ſimiliter & dentium dolores ſedat.

¶Sin verò cum oleo roſaceo eiuſdem Anagallidis ſuccũ melle & lycio indico,& acri aceto miſceas,& des mulieri vt faciem ſibi vngat,claram & tenſam ſibi efficiet faciem.

¶Anagallidis ruffæ ſuccus cum melle mixtus ἐπιληπτικοῖς, & alienatis in nares iniectus,ſalutem reſtituit.Hę enim paſſiones eadem multa quidem habent: ſed in hoc differunt, quòd ἐπιληψία ſine febri eſt,alienatio autẽ cũ febri.Quæ paſſio tunc fit maximè,cum frigore cõtraxerit, & aſtrinxerit μήνιγγα: & abundantia humoris oppreſſus ſpiritus, meatum facilem non habens,tunc demum mentis errores, & inſaniam faciet. Anagallidis itaq; herba natura acerrima iniecta naribus, ſanos efficit.

¶Vnguentum quoque conficitur ex ipſa, quod tollat ẻ facie pholidas, & lentigines, & ἴονθους, & ſubitas maculas nigras, quas Græci ἄλφους vocant, cuiꝰ compoſitio hæc eſt:alcionij drach.iiij.pumicis cocti drach.viij.gallarum aſianarũ drach.ix.lycij indici drach.xij.iris illyricę drach.xxiiij.mellis amari drach.viij.Anagallidis herbæ ſucci drach.xx.Hæc ſimul commixta & ſubacta repones in vaſculo ſtamneo, & quando curabis,prius locum nitro & aqua abluito,& ſic oblini.

CAPRICORNI Lapathus X.

DEcima herba Lapathus paucarum admodum virtutum eſt,ſed vtiliſſimarum.Huius ſuccum ſi quis terat cũ cyclamino,& perungat corpus,à feris non contigetur:nam canes eum etiã fugiẽt.

¶De radicibus Lapathi ad canis morſum cõficitur medicamentum ſic:cęræ drach.viij.reſinæ pituinæ drach.xx.galbani drach.xij.adipis porcinæ drach.xij.Lapathi radicum tũſarum & cretarum drach.xxx.ſtoracini vnguenti drach.xx.cõmiſces ſimul, & vteris etiã aduerſus canis rabidi mor=

ſum:ſed dabis præterea ſucci Lapathi dimidiũ cyathum diurnum per dies ſeptem. Quòd ſi ὑδροφόβος factus fuerit, & ſuccum bibere noluerit, iniјcito eum miſcens ſenas cotylas olei & mellis, & miraberis effectum.

AQVARII Dracontea. XI.

VNdecima herba Dracontea, ab aliquibus marathrum dicitur. Huius ſucco oblitus quis, à ſerpentibus non mordebitur.

¶Morſus à ſerpente ſuccum draconteæ bibere debet, mixtum cum vino æquabili menſura, & currat quantum poteſt coactus, & mox liberabitur. Menſuram dandæ potionis iuxta virtutem ſerpentis ęſtimabis.

¶Cõficitur & hygra ad oculorum caliginẽ ſic: cadmiæ botryitidos drach. ix. pſimmythij drach. iiij. dactylorum oſſium combuſtorum drach. xv. χαλκοῦ κεκαυμένου drach. ij. lycij idici drach. ii. mellis amari drach. ij. admiſce ſuccum Draconteæ, & tere donec ad mellis craſſitudinem perueniat.

PISCIVM Ariſtolochia. XII.

DVodecima herba Ariſtolochia. Huius ſunt genera duo, maſculinum, & fœmininum: & quidẽ fœmina clematitis dicitur, aſtragalotis maſculus, & quidem à fœmina incipiam. Hæc adfert fructum in modum mali, cuius ſucco hygra conficitur ad ſuffuſionem oculorum, & ad glaucomata ſic: cadmiæ botryitidos combuſtæ, & extinctæ vino falerno, & lotæ drach. viij. χαλκοῦ κεκαυμένου drach. iiij. ſtibij drach. vj. piperis albi drach. ij. mellis attici drach. iiij. lycij idici drach. iiii. his tritis cretiſq; admiſce tantũ ſucci vt efficias craſſitudinem mellis: cũque curare cœperis, nitro prius inunge: nunquam oleo vtaris.

¶De foliorum verò ſucco vnguentum conficitur, quod claritatem, & candorem faciei præſtet: & aufert etiã vitiligines, & maculas nigras, quas Grę ci ἀλφομέλανας vocãt, ſic: ellebori candidi drach. iiij. terrę chiæ drach. xx. iris illyricæ drach. xl. mellis amari drach. viij. lycij indici drach. viij. tritis cretiſque admiſce tantum ſucci vt efficias craſſitudinem mellis.

¶De radicibus Ariſtolochiæ collyriũ cõficitur ad cœlomata, ad bothria, ad ſordida vlcera oculis innata: ipſum enim & mundat, & complet: cadmię botryitidos drach. xv. thuris drach. viij. croci coricij drach. v. Ariſtolochię radicis tunſę cretę que drach. xiiij. cumini drach. xij. commiſces omnia vino ammineo.

¶Ad vlcera quoque chironia, & ſordida, quæ cicatricem obducere nõ poſſunt, propter rheumatis ſaniem diutiſſimam, medicamẽtum cõficitur huiuſmodi: cæræ drach. xx. galbani drach. xx. mannæ thuris drach. xl. reſinæ terebinthinæ drach. xl. ἰοῦ drach. xl. Ariſtolochiæ radicis tuſæ, cretę que drach. lxxx. olei veteris drach. lx. ſicca cunctis commiſces, & vteris. Hoc medicamentum mixtum cum roſaceo oleo & melle, narium, & oris vulnera percurat. Similiter & aurium, & veretri paſſiones, & ani.

Aſtragalotidis

¶Aſtragalotidis autem Ariſtolochiæ foliorum ſucco trochiſcus conficitur ad pectoris vlcera, ex quibus phlegma, & pus egeritur: purgat enim, & cicatricem ducit: croci drach. xxiiij. caſiæ fiſtulæ drach. vj. bdellæ drach. xij. erui drach. xij. amygdalæ amaræ purgatæ drach. viij. tunſis, cretiſque admiſces ſucci quantum ſufficiat, & facies trochiſcos drachmiæos. Ex his dabis manè vnum, & veſperi eunti cubitum, vnum.

¶De mali autem ſucco trochiſcus conficitur ad calculoſos, & ad ψωρίασιν veſicę, & ad eos qui cum dolore minimũ meient, & ad eos qui cum ſanguine meient: petroſelini macedonici ſeminis drach. xiiij. rutę ſeminis drach. xiiij. dauci ſeminis drach. xiiij. coſti drach. xviij. piperis drach. j. iris illyricæ drach. iiij. mellis attici drach. xij. tritis cretiſque admiſces, & facies trochiſcos ſingularum drachmarum. Ieiuno dabis vnum ex vini candidi cyathis tribus. Hoc lapides ſoluit, & vulnera purgat, & cōplet ītra dies nouē.

¶De radicibus verò Ariſtolochiæ malagma conficitur ad ſtrumas, & parotidas, & ἀθερώματα, & στεατώματα ſic: cæræ drach. cxx. reſinæ terebinthinæ drach. xl. galbani drach xiiij. guttę ammoniacę drach xij. Ariſtolochię radicis tũſę drach. lxxx. cedrię drach. lx. ſicca quęq; humectis miſces & vteris. Hęc virtus, duriſſima ſpargit, humores collectos rũpit. Cũ aperuerit admiſces ei herbæ clematitis ſufficientem modum: hæc enim & ſanat, & purgat vlcera. ¶Manifeſtata eſt ſingulorũ ſignorum herbarũ virtus: neceſſarium duxi & ſingularum ſtellarum herbas tradere.

VIRTVTES HERBARVM

uniuſcuiuſq; ſeptem planetarum.

SOLIS Heliotropion. I.

OMnium prima herba eſt Heliotropion. Et quidem ſunt multa genera Heliotropiorum, ſed ex his omniũ vtiliſſima eſt quæ dicitur Cicorion. Huius ſuccus cum roſaceo oleo miſcetur, & fit vnctio cardiacis aptiſſima. Tertianas etiam, & quartanas ſanat, capitis dolorem ſedat, ſi ſuccum & oleum æqua menſura miſceas.

¶Conficiuntur autem de radicibus catapotia ad cardiacos, & ad ſtomachicos, qui vexati cibum ſumere non poſſunt. Hæc cum acceperint facilè cibos digerunt: ſpicæ nardi drach. viij. meliloti drach. xiiii. croci drach. xii. σχοίνου ἄνθους drach. vi. Heliotropii radicis tuſæ cretæ'que drach. xxiiii. commiſces vino vetuſtiſſimo & melle, & facies trochiſcos drachmarum ſingularum: & dabis cardiacis quidem cum aqua, ſtomachicis cum vino.

LVNAE Aglaophotis. II.

SEcunda herba Lunæ Aglaophotis. Hæc vel maximè in Arabia, & Syria gignitur. Patitur hæc ſimilitudine Lunæ: creſcente enim Luna & hæc creſcit: minuente, minuitur. Eſt verò ad multa vtiliſſima: ſed minuente ipſa, ſi ſucco eius cum oleo roſaceo mixto, tertianariũ vel quartanarium perungas, indubitanter liberabis. Radicem autem ſi lunatico alliges, ſoluetur paſſio. Si quis à dæmone tenebitur, incẽſis radicibus Aglaophotidis pro thymiamate ſuffiatur, & mox dæmon fugabitur.

¶ Illud planè obſeruandum, ne Luna creſcente vngas, aut ſuffias: quia creſcit paſſio. Nauigantes ſi tempeſtatem patiantur, radices pro thymiamate incendant, & ſedabitur tempeſtas.

¶ Conficitur autem de radicibus creſcentis, & decreſcentis herbæ medicamentum, ipſis viribus & ponderibus ſicuti & clematitis ariſtolochię. Decreſcentis radix facit ad ſtrumas, & omnia naſcentia, & hyperſarcomata. Creſcentis autem ad explenda, & ſananda vulnera. Intelligere autem prudens potes, quòd diuerſitate vſus omnis paſſio corporalis necnon & animę, per prædictum vſum poteſt & creſcere, & minui.

SATVRNI Semperuiuum. III.

TErtia herba Saturni Semperuiuum vocatur. Hæc ſola coquitur & colatur, cuius virtutem oſtendam. Succus eius debet habere mellis craſſitudinem, & faciet ad podagram frigidam, & calidam: eſt enim calida & frigida. Quæ differentia hinc intelligitur, quòd calida frigidis medicaminibus deletur, frigida verò è diuerſo. Cum cognoueris diuerſitatem paſſionis, ad calidam quidem roſaceo oleo ſuccum commiſces, & oblines loca delentia: ad frigidam myro ſyriaco vteris. Sin autem validus dolor acciderit, ad frigidam admiſces caſtoreum: ad calidum, ſuccum artemiſiæ.

IOVIS Eupatorium. IIII.

QVarta herba Iouis Eupatorium, quam alij Dactylum dicũt. Huius ſuccus confectus in catapotijs, facit ad lethargicos, quorum cõpoſitio hęc eſt: νάρδου στάχυος drach. ij. caſię drach. iiij. opopanacis drach. ij. liguſtici drach. viij, melãthij drach. iiij. tunſis cretiſque admiſces ſuccum Eupatorii, & fac catapotia hemidrachmiæa, & da in aquæ calidæ cyatho vno. Et ſi ſuccum ipſum miſceas cum roſaceo oleo, & vngas lethargicum, ſaluabitur.

¶ De radicibus Eupatorij conficitur trochiſcus ad ſanguinis eruptionem, & dyſenteriam, & vulnera, & omnem paſſionem vẽtris, cuius compoſitio hæc eſt: myrti candidæ drach. ij. rhus ſyriaci drach. xxiiij. radicum Eupatorij tunſarum drach. xxiiij. maligranati corticis tunſi drach. xxviij. gallarum aſianarum drachmas. vj. tunſa creta'que commiſce vino auſtero, & fac trochiſcos drachmiæos. Dabis autem trochiſcum vnum febricitan-

ti ex aqua calida: non calenti ex vino auſtero. Statuit etiam ſtatim ſanguinẽ profluentem ventris. Amplius vno trochiſco ne dederis, ne iterum quęras quemadmodum ſalues ventrem.

¶ Conficitur de radicibus etiam collyrium ad leucomata, & pterygia, & onychidas, & his ſimilia hoc modo: lapidis hæmatitis triti & loti drach. vi. cadmiæ botryitidos tritæ & lotæ drach. iiii. μολύβδου κεκαυμένου drach. iii. myrrhæ troglodytices drach. iiii. croci drach. ix. radicũ Eupatorij tunſarũ drach. xxiiii. cumini drach. viii. ex vino auſtero confice, & vtere. Hoc collyrium tollit ὑπώπια, & omnem liuorem, & impetigines, & nigras cicatrices candidas efficit.

MARTIS Peucedanus. V.

QVinta herba Martis Peucedanus. Huius ſuccus vtilis eſt aduerſus morſus ſerpentium in hunc modum confecto acopo: medullæ ceruinæ drach. xl. ſanſuci drach. xii. cyperi drach. viii. galbani drach. iiii. reſinæ terebinthinę drach. vi. cæræ drach. xl. olei veteris drach. xvj. ſucci Peucedani drach. lx. tere, & coque donec mellis fiat craſſitudo. Hoc acopo perũctus quiſq; non mordebitur: ſi autem prius percuſſus fuerit, & ſic vnctus curabitur.

¶ Catapotia etiam conficiuntur è ſucco Peucedani aduerſus morſus ſerpẽtiũ ſic: amomi drach. viij. coriãdri ſeminis drach. xvj. myrrhæ drach. viii. cardamomi drach. xvj. *In alio exemplo*: Mellis attici drach. xx. cõmiſce ſucco & fac catapotia drachmiæa: & da ex nigri vini cyathis. iiii. & coge currere.

¶ Ad auriginẽ trochiſcus de radicibus Peucedani cõficitur, qui curat etiã hydropicos: lapidis chelonitis tũſi cretique drach. viij. croci coricij drach. xij. ſatureię florũ drach. xxiiij. aloes drach. viij. ſilphij. drach. xij. lapidis hęmatitis drach. iiii. mellis amari drach. xx. radicis Peucedani tũſę drach. lx. tunſa cretaque commiſce vino tranſmarino & fac trochiſcos ſingularũ drachmarum: & dabis in vini tranſmarini cyathis tribus: febricitantibus verò in aqua calida.

¶ Medicamentum quoque cõficitur ad vulneta, & neruos præciſos vt intra triduum conglutinentur ſic: cæræ drach. lxxx. ſarcocollæ drach. xvj. reſinę ſiccæ drach. lx. thuris maſculi drach. xij. ſeui taurini drach. xiiij. caſtorei drach. viij. radicis Peucedani tunſę drach. lxxx. olei cilicij drach. xl. ſicca quæque humectis commiſce, & vtere.

VENERIS Panaces. VI.

SExta herba Veneris Panaces, à nobis πλοκαμίτις appellata, ab aliquibus καλλίτριχος. Huius ſucci proprias, & magnas habent vires: radices quoque eius non minores. Panacis herbæ ſucco cum nardo mixto ſi quis capillos vnguat, nigri capilli in omne tempus perſeuerabunt, & ſpiſſiores & pulchriores fient.

¶Hygra etiam conficitur, quæ in oculis glaucoma inficiat: ſimiliter & λευκοφθάλμους μελανοφθάλμους faciat ſic: acaciæ nigræ drach. viij. miſyos drach. vij. ęris floris drach. j. χαλκοῦ κεκαυμένου drach. j. croci drach. viij. trita creta'que commiſce ſucco eius donec mellis craſſitudo efficiatur.

¶Vnguentum quoque conficitur ad omne corpus, vt odore & colore ſit optimo: ſanſuci drach. xvj. roſæ ſiccæ drach. j. cęræ drach. xl. pſimmythij drach. xij. amomi drach. viij. iris illyricæ drach. xl. meliloti drach. xx. olei hiſpani optimi drach. xl. Panacis ſucci ſextarium vnum, tunſa creta'q; humectis commiſce, & coque vſque ad craſſitudinem mellis. Hoc vnguentum etiam matricis omnes paſſiones curat. Hæ quidē virtutes ſucci ſunt propriæ: radicis autem vtilitates optimę.

¶Ex radice Panacis trochiſcus conficitur, quem ſi quis biberit, etiā ſi Circes venena ſumpſerit, nihil patietur malorum. Et ſi antè venenum acceperit, & pòſt trochiſcum biberit, ſtatim liberabitur: myrrhæ drach. vj. aloes drach. xiiij. corni ſeminis drach. xij. croci drach. viij. opopanacis drach. viij. *In alio exemplari ſic:* Opobalſami drach. viij. anethi ſeminis drach. xij. νάρδου στακτοῦ drach. ij. mellis attici drach. xx. Panacis radicis tunſæ drach. l. tunſa creta'q; commiſce vino mixto cum aqua marina, & fac trochiſcos ſingularum drachmarum. His qui non fuerint veneno læſi, dabis trochiſcos ſingulos in vini cyathis duobus. His autem quibus antè venenū datū eſt, trochiſcos binos dabis in vini cyathis ternis.

¶Emplaſtrum quoq; conficitur ad vulnera capitis, & vt capilli renaſcantur, quod eſt huiuſmodi: cedriæ drach. iiij. ſpumæ argenti drach. viii. mānæ thuris drach. xx. cæræ drach. lx. ἰοῦ drach. vj. olei veteris drach. ix. Panacis radicis ſiccę tunſæ'q; drach. cxx. ſicca humectis cōmiſce, & vtere.

¶Vnctio etiam conficitur ad mulieris faciem, vt in ea rugæ non ſint, & tēſa permaneat: tollit etiam ἐξανθήματα, omnia, éſtq; huiuſmodi: lycij indici drach. l. mèllis attici drach. viginti, ellebori albi drach. viij. aluminis ſciſſi drach. ij. meliloti drach. xl. Panacis radicis ſiccæ tunſæ'que drach. lx. aceti acris ſextarium vnum, tuſa creta'que commiſces, & coques vſque ad craſſitudinem mellis,

MERCVRII Flomus. VII.

Septima herba Mercurij Flomus dicitur. Ex ſucco eius conficitur acopum, quo ſi quis perunctus fuerit & profectus in viam, laborem non ſentiet. Si autem poſt laborem fuerit vnctus, mox ceſſabit labor, fitque hoc modo: ſanſuci drach. xij. medullæ ceruinę drach. xl. galbani drach. viij. olei hiſpani drach. xl. Flomi radicis ſiccæ tunſæ'que drach. lxxx. ſicca humectis commiſce & vtere.

¶Medicamentum quoque de radicibus conficitur, quod ſagittas euocet de corpore, quod eſt huiuſmodi: cæræ drach. lxxx. reſinæ terebinthinæ drach.

drach. xl. galbani drach. xx. olei hiſpani drach. xl. Flomi radicis tunſę cre/tę que drach. lxxx. ſicca humectis commiſces, & vteris.

Habes in conſcriptione bene traditas tibi omnium paſſionū curas. Nunc prudentiæ tuæ ſit conficere ſuprà dicta, & præcepta mea cuſtodire. Nec alicui indigno tradere hanc ſcripturā velis. Si enim ad multos imperitos hic liber fuerit diuulgatus, mirabilis medicinæ diſci/plina cōtaminari videbitur. Nam neq; diuerſa certamina diſciplina=rum artis medicinę homines, neq; autorū prudētiū ſcripta di ſcere contendunt, quę à tantis viris magno cum labore quæſita ſunt, vt facilè toto corpori ſalubritas in/ueniretur. Cum ergo tanta me Deus præ=ceptis ſuis vouiſſet, gratias agebam tā facili īpetratiōe me oēm cu rā recepiſſe. Percōtabar aūt ſi qua eſſet herba, vel genus lapidis, per quod poſſet homo im=mortalis pmanere: & Deus mul=ta quidem herbarum, & lapidū ſupra terrā genera eſſe dicebat, quæ ſi adepti fuiſſent homines, perpetuam vitam haberent: ſed fas non eſſe ſcientiam eorum homines cogno=ſcere. Cum enim paruum tempus vitæ ſortiti homines, le=ges neglegāt, & inſi dijs mutuis animas ſuas p=dere conentur, & manus contami nare tantis malis auidè ſtudeant, paruo tē=pore victuri, hi ſi prolixitatem tē=poris acceperit, nec DEO IPSI parcent.

FINIS.

I. ARIETIS Elelíſphacos. Fo.35.
AD ſanguinis reiectionem. pagina prima, linea xiij.
Ad phthiſicos. pag.j.lin.xvj.
Ad matricis recurſionem. pag.j. lin. xxi.
Itē ad συρωσῖς, & ἐξυμαλισμὸν matricis, & alias paſſiones eius. pag.j.li.xxvj.
Item aliud ad matricis paſſiones, ſyroſin, & rheumatiſmū & dolores eius intolerabiles. pag.j.lin.xxxj.
Ad renum dolorem. pag.j.lin.xxxiiij.
Ad lienoſos. pag.& lin. iiſdem.
Ad iſchiadam. pag.& lin.iiſdem.
II. TAVRI Periſtereon ὀρθός.
Ad oculorum dolorem vehementem. pag.ii.lin.iii.
Ad tumores oculorum. pag.& lin.iiſdē.
Ad epiphoram oculorum omnem. pag.& lin.iiſdem.
Ad rheuma. pag.ii.lin.vij.
Ad leucomata & ſuffuſiones. pag.ii.lin.ix.
Ad oculorum deſperatas paſſiones. pag.& lin.iiſdem.
Ad pterygia. pag.ii.lin.xvi.
Ad ſycoſes. pag.& lin.iiſdem.
Ad chalazia. pag.& lin.iiſdem.
III. GEMINORVM Periſtereon ὕπτιος.
Ad cancromata. pag.ii.lin.xx.
Ad oris vitia omnia. pag.ii.lin.xxiiii.
IIII. CANCRI Symphytos Conſolida.
Ad vulnera, & neruos præciſos conglutinandos. pag.ii.lin.xxvii.
Ad pectoris regmata, id eſt, arterias, & venas, & ſanguinis reiectionem trochiſcus. pag.ii.lin.xxxvii.
Ad oculorum ἕλκωματα, & anabroſes. pag.ii.lin.xxxvii.
V. LEONIS Cyclaminus. Fo.36.
Ad caput purgandum. pag.i.lin.v.
Ad vulnera narium. pag.& lin.iiſdem.
Ad menſtrua deducēda. pag.i.lin.viii.
Ad conceptum protrahendum. pag.i.lin.ix.
Ad aurium paſſiones. pag.i.lin.x.
Ad ſtrumas. pag.i.lin.xiiii.
Ad parotidas. pag.& lin.iiſdē.
Ad apoſtemata. pag.& lin.iiſdem.
Ad furunculos. pag.& lin.iiſdem.
Ad omnia duriſſima ſoluenda. pag.& lin.iiſdem.
Ad ſuppurationem rumpendam. pag.i.lin.xv.

Virginis.

VI. VIRGINIS Calaminthes Nepeta.
Ad combuſturas ſanandas. pag.i.lin.xxii.
Vt cicatrix combuſtarum non appareat. pag.& lin.iiſdem.
Ad capillos euocandos. pag.i.lin.xxiii.
Ad ignem ſacrum. pag. & lin.iiſdem.
Ad febres. pag.i.lin.xxv.
Ad capitis dolorem. pag.i.lin.xxvi.
Ad hemicrania. pag.& lin. iiſdem.
VII. LIBRAE Scorpiurus.
Ad hydropicos incipientes pag.j.lin.xxxv.
Ad hydropicos deſperatos. pag.ij.lin.xxxvj.
Ad elephantioſos incipientes. pag.j.lin.xl.
Ad elephantioſos periclitentes. pag.ij.lin.j.
Ad lumbricos. pag. ii.lin.ii.
Ad hydropicos. pag.ii.lin.iii.
Ad lienoſos. pag.& lin.iiſdem.
Ap omnes interiores paſſiones. pag.ii.lin.iiii.
Ad lumbricos eiiciendos. pag.& lin.iiſdē.
Ad ferorum morſus. pag.ii.lin.viii.
Ad ictus ſerpentium leuiorum. p3g.ii.lin.xix.
Ad marinas beluas veneratas. pag.ii.li.x.
Ad aſpidis percuſſum. pag.ii.lin.xv.
Vt quis,etiam ſi inter ſerpentes dormiat,non percutiatur.pag.ii. lin.xxii.
Ad morſum beſtiarum hyenę,lupi,vrſi. pag.ii.lin.xxiii.
Aduerſus marinorum animalium venena. pag.ii.lin.xxviii.
VIII. SCORPII Artemiſia.
Ad quartanas. pag.ii.lin.xxxi.
Ad tertianas. pag.& lin.iiſdem.
Ad lunaticos. pag.ii.lin.xxxiii.
Ad neruorum paſſiones. pag.ii.lin.xxxviii.
Ad partes corporis torpeſcentes. Fo.37. pag.i.lin.ii.
Ad matricis recurſionem. pag.i.lin.iiii.
Ad neruorum vexationem. pag.i.lin.v.
Ad psralyſin. pag. & lin.iiſdem.
Ad ſtricturam matricis. pag.i.lin.x.
Ad καρκινώματος curationem. pag.& lin.iiſdem.
IX. SAGITTARII Anagallis.
Ad caput purgandum. pag.i.lin.xv.
Ae dentium dolorem. pag.& lin.iiſdem.
Vt faciem candidam & tenſam habeas. pag.i.lin.xvii.

Ad

Ad epilepticos. pag.i.l in.xix.
Ad inſanos qui paſſione capitis alienantur. pag. & lin.iiſdem.
Ad φολίδας, lentigines, & oẽs maculas de facie tollẽdas. pag.i.lin.xxvii.
X. CAPRICORNI Lapathus.
Ad morſum ferarum. pag.i.lin.xxxvi.
Ad morſum caninum. pag.i.lin.xxx vii.
Ad morſum canis rabidi. pag.i.lin.xl.
Ad hydrophobon. pag.ii.lin.ii.
XI. AQVARII Dracontea.
Vt à ſerpentibus non mordearis. pag.ii.lin.vi.
Ad percuſſum à ſerpente. pag.ii.lin.vii.
Ad caliginem oculorum. pag.ii.lin.x.
XII. PISCIVM Ariſtolochia.
Ad ſuffuſionem oculorum, & glaucomata. pag.ij.lin.xix.
Vt facies clara & candida ſit. pag.ij.lin.xxiiij.
Ad vitiligines & alp homelanas. pag.ij.lin.xxv.
Ad κοιλώματα oculorum. pag.ij.lin.xxix.
Ad βόθρια oculorum. pag. & lin.iiſdem.
Ad ſordida vlcera oculis innata. pag.ii.lin.xxx.
Ad vlcera chironia & ſordida. pag.ij.lin.xxxiiij.
Ad vlcera quæ cicatricem non ducunt. pag. & lin.iiſdem.
Ad narium & oris vlcera. pag.ij.lin.xxxix.
Ad aurium, veretri, & ani paſſiones. pag.ij.lin.xl.
Ad vlcera quę in pectore nata,
phlegma, & pus egerunt. Fo.38. pag.j.lin.ij.
Ad calculoſos. pag.j.lin.vij.
Ad pſoriaſin veſicæ. pag.j.lin.viij.
Ad eos qui cum dolore minimum meiunt. pag. & lin.iiſdem.
Ad eos qui cum ſanguine meiunt. pag.j.lin.ix.
Ad ſtrumas, parotidas, atheromata, & ſteatomata. pag.j lin.xv.
Ad ſpargenda duriſſima, & humores collectos rumpẽdos. pag.j.lin.xviii.

INDEX

Herbarum Planetarum.

I. SOLIS Heliotropium.
AD cardiacos. pag.j.lin.xxxij.
Ad quartanas, tertianas, & capitis dolorem. pag.j.lin.xxxiij.
Catapotium ad cardiacos, ſtomachicos, & facilè digerendum. pag.j.lin.xxxv.
II. LVNAE Aglaophotis.
Ad tertianarium, & quartanarium. pag.ij.lin.v.
Ad lunaticos. pag.ij.lin.vj.

Ad dæmonem fugandum. pag ij.lin.vij.
Ad ſedandam tempeſtatem. pag.ij.lin.ix.
Ad ſtrumas, χοιράδας, omnia naſcẽtia, & hyperſarcomata. pag.ij.lin.xiij.
Ad explenda & ſananda vulnera. pag.ii.lin.xiiii.
III. SATVRNI Semperuiuum.
Ad podagram frigidam, & calidam. pag.ii.lin.xx.
Ad vehementem podagram. pag.ii.lin.xxv.
IIII. IOVIS Eupatorium.
Ad lethargicos. pag.ij.lin.xxix.
Ad ſanguinis eruptionem, dyſenteriam, vulnera. pag ij.lin.xxxvj.
Collyrium ad λευκώματα, pterygia, onychidas. Fo.39. pag.j.lin.iiij.
Ad hypopia, liuorem, & impetigines. pag.i.lin.ix.
Ad cicatrices nigras vt candidæ fiant. pag.j.lin.x.
V. MARTIS Peucedanus.
Ad morſus ſerpentium pag.j.lin.xiij.
Acopum vt quis à ſerpentibus non mordeatur: & ſi percuſſus fuerit, curetur. pag.j.lin.xviij.
Catapotium ad morſum ſerpentium. pag.j.lin. xix.
Ad auriginem & hydropicos. pag.j.lin.xxiij.
Ad vulnera, & neruos præciſos intra triduũ cõglutinãdos. pag.j.lin.xxx.
VI. VENERIS Panaces.
Ad pilos denigrandos, & vt ſpiſſiores, & pulchriores fiãt. pag.j.lin.xxxix.
Ad γλαυκώματα. pag.ij.lin. i.
Leucophthalmi melanophthalmi vt fiant. pag.ii.lin.ii.
Vnguentum vt corpus & colore, & odore ſit optimo. pag.ij.lin.v.
Ad matricis omnes paſſiones. pag.ii.lin.x.
Ad quantumuis mala venena, & ſũpta mala medicamenta. pag.ii.lin.xiii.
Ad vulnera in capite, & vt pili renaſcantur. pag.ii.lin.xxii.
Vt mulieris facies rugoſa non ſit, & tenſa permaneat. pag.ii.lin.xxvi.
Ad omnia exanthemata. pag.ii.lin.xxvii.
VII. MERCVRII Flomus.
Vt iter faciens laborem non ſentias. pag.ii.lin. xxxiiii.
Ad laborem ex itinere conceptum depellendum. pag.ii.lin.xxxv.
Vt ſagittæ, vel ſpinæ de corpore facile euocentur. pag.ii.lin.xxxix.

FINIS.

Folio.35.pagina poſteriori, verſibus xxxij. & xxxvij. in dictionibus rheumata. u. pro. g. perperam excuſa ſunt: numerus quoq; elenchi priorem harum dictionum falſò qui indicat, quinario ſi minuatur, verus erit.

ʒ. } ſignificat { Aſſem.
p̃. } ſignificat { Numero.

FRequenter mihi in peregrinationibus accidit vt pro/
pter meam,aut meorum īfirmitatē varias fraudes me/
dicorum experirer:quibuſdam viliſſima remedia ingē=
tibus precijs vendentibus: alijs ea quę curare neſciebāt,
cupiditatis cauſa ſuſcipientibus. Quoſdam verò com/
peri hoc genere craſſari, vt languentes qui pauciſſimis
diebus, vel etiam horis poſſint ſanari, in longum tempus traherent:vt &
ægros ſuos diu in reditu haberēt,& ſęuiores ipſis morbis exiſterēt. Qua/
propter neceſſarium mihi viſum eſt, vndique valetudinis auxilia contra=
here,& veluti in breuiarium colligere:vt quocūque veniſſem,eiuſmodi in=
ſidias vitarē, & hac fiducia ſecurior iter ingrediar:vt ſciam ſi quis mihi lan
guor acciderit,non facturos medicos ex me vel meis reditum,nec taxatu=
ros incommodorum occaſionibus ſanitates. Ante omnia puto in promptu
habenda quæ ſubitò deſiderata, difficilima videntur inuentu,ſicut oleum
vetus:quod ſi ad manum non erit,celerrimè fieri poterit. Deferuefactum
enim vel recentiſſimū,& odorem,& vires vetuſtiſſimi præſtat. Et ſi fortè
curatio exegerit aquam marinam in mediterraneo quæri, ſolicitudini lo/
cus non erit, ſi ita proſpiciatur : Duo enī ſalis ſextarij in quatuor aquę ſex=
tarios miſſi,temperatiſſimam marini liquoris copiam faciēt. Oxymeli ve=
rò facilè erit fieri,ſi in duobus cyathis mellis ſextarius aceti addito pulegio
& ſalis modico,contemperetur. Polenta autem hoc modo fiet:ordeum a=
qua perfuſum vna nocte ſiccat̃:deide viginti libris ordei adijciūtur tres li/
brę lini ſeminis,coriandri ſelibra,ſalis acetabulum: tunc demū hæc mixta
torrentur,& mola frangūtur. Omnibus autē curationibus mel optimum
eſt, in quo apes moriuntur, & lana ſuccida: ea bona eſt, quæ de ouis collo
fuerit adtōſa. Cinerem auium,vel aliorum animalium deſidera/
tum ſic fieri oportet:in ollam nouam mittitur auis,aut
quodlibet aliud animal putaueris exurendū:
quod addito operculo circūlitoq;
argilla,in furno feruenti
torrebitur,ſpira=
mento permodicè facto.
Gargarizationes verò omnes cali=
dæ vtendæ ſunt ſicut &
fomēta, vt me=
dēdi ratio & vſus oſtēdit.

ANTONII BENIVENII De ABDITIS NONNVLlis ac mirādis morborū & ſanationū cauſis.

Hieronymus Beniuenius Ioanni Roſato Medico & Philoſopho.S.

CVM poſt inſperatam amantiſſimi fratris mortem (qua propterea quòd quicquid in me fugientis vitę ex tā multis miſerijs ac lāgoribus ſupererat vno illo niteretur, nihil mihi in terris potuit accidere grauius) eius perq̄ ſanè honeſtam & omni doctrinarum genere locupletem bibliothecam euoluerem, incidi in pleraq; eius ingenij monumenta: quæ ille, vt erat vir doctrina & ætate prouectior, ac multarum rerū vſu & experientia pollens, cudebat quotidie. Lectitanti igitur ea mihi, ac ſæpius ob memoriam illius reuoluenti obtulit ſeſe interea libellus quidā, in quo vir ſummo & ſtudio & diligentia præditus, quæcunq; trigeſimum ſupra ſecundum iam annum medenti illi admiratione digna occurrerant, & ex quorū cognitu vſus aliquis poſſet exiſtere, ſtudioſiſſimè prout quæq; acciderant ſcriptitabat. Delectatus ſum fateor nouitate ipſa rerum & varietate lectionis: meaſq; partes eſſe duxi, ea q̄libet impolita, & quæ tumultuaria quadam, vt videbantur, feſtinatione ex tempore potius effuſa, quàm à cura diligentius exarata, iterum autor relecturus eſſet, vtcunq; colligere, & in publicum dare. Ne ſi qua in his vtilitas, poſteris inuideretur, & vnà cū autore periret. Nam cætera quæ de reliquis medicinæ partibus paulò accuratius ſcribebat, non mihi viſa ſunt ita maturuiſſe, quę in publicū veniant. Sed ne hæc quidem quæ de pluribus mutilis alioquin ac variè interlitis vix eruere potuerim, ſine te, hoc eſt, ſine cuiuſpiam excellentis ingenij & doctrinæ viri conſilio & autoritate publicare auſim. Ne mihi indies exprobrēt temeritatem meam, qui fratris mei viri alioquin eruditiſſimi informem abortiuum pro maturo & vndequaq; conſummato fœtu tollens, in patris dedecus & ignominiā prodere feſtinauerim. Feci igitur quod meū erat, quod fraternus poſtulabat amor, quod publica ſuadebat vtilitas. Verùm niſi ad hoc noſtrū officiū accedat cura & diligētia tua, quibꝰ & errata mea, ſi qua forte in his colligēdis retractādisq; admiſerim, ſedulò diſpungas, & fratris feſtinatā celeritatē ſicubi opus fuerit, tempeſtiuè matures, feci nihil. Vale.

Ioannes Roſatus Medicus & Philoſophus,
Hieronymo Beniuenio. S.

Legi amantiſſimi fratris tui libellum de abditis nõnullis ac mirandis morborum & ſanationum cauſis, opus varium, elegans, eruditum, & vt vno me verbo expediam, dignum tãto viro. Magnum profecto detrimentum, magna, vt mihi videtur, iniuria fieret, cum preſentis, tum futuri ſæculi hominibus, ſi tantæ vtilitatis & eruditionis liber illis inuideretur. Ego quantum ad me attinet, officio functus ſum. Reliquum eſt vt nunc tandẽ per te liber ipſe prodeat in publicũ: ne, ſi domi contineatur diutius, magni criminis reus fias.
Vale.

ANTONII BENIVENII FLORENTINI MEDICI ET PHILOSOPHI DE ABDITIS NONNVLLIS AC MIRANDIS MORBORVM ET SANATIONVM CAVSIS.

De morbo quem vulgò Gallicum vocant. Caput primum.

NOuum morbi genus, Anno Salutis nonageſimo ſexto ſupra mille quingentos à Chriſtiana ſalute, non ſolũ Italiam, ſed ferè totam Europã irrepſit. Hoc ab Hiſpania incipiens, per Italiam ipſam primùm, tum Galliam cæteras'que Europæ prouincias latè diffuſum, mortales q̃plurimos occupauit. Incipiebãt enim puſtulæ genere diuerſæ in genitalibus membris, licet interdum ſed rarenter in capite, & inde per totũ corpus diffundebantur. Alijs quidem planę miniméque extantes: ſed ſcabræ tamen in ſuperficie, & colore ſubalbidæ: à quibus ſquamæ reſoluebantur, & caro ſub his corroſa apparebat. Alijs varis ſimiles, figura rotundæ: & ab his itẽ ſquamis leuioribus reſolutis ꝓminebat caro rubicundior, ex qua virulentia fetens & grauioris odoris profluebat. Nonnulli verò latioribus corripiebantur puſtulis, ſed quæ ſupra cutẽ non intumeſcerent, craſſiores ſquamas habentes: ex quibus etiã virulentia copioſior emanabat, & amotis ſquamis caro apparebat obſcurior ac ſubliuẽs, quæ inulcerata roderetur. Quartũ genus erat, quod ſubalbidis ſquamis amotis cicatrici ſimile remaneret, à quo profluens interdum ſanguis difficultatem ſanationis oſtenderet, & ſimilitudine ſiccam ſcabiem repręſentaret, cæteris omnino deterius: & licet minus eroderet, ſerpendo tamen varijs & intẽtatis inſidebat locis. Hoc aũt morbi genus plebem plurimũ ſeruos'que afficiebat. Ex nobilioribus verò paucos. Subſequebantur huiuſcemodi puſtulas, licet etiam interdum præcederent, articulorum dolores, qui non minori cruciatu torquerẽt, ac ſeneſcentibus iam puſtulis plurimùm inualeſcerent. Quòd ſi medicamentis cõpingentibus intrinſecum quis conaretur extrudere humorem, cõtinuò exortę puſtulę in gula & ore ægrotos malè habebant. Ex quo etiam nonnulli ob incuriam medentis, mortem obibant: aut, quod proximũ eſt, eroſis faucibus difficilimè ſanabantur. Has autem nos impetiginis eſſe genera, quas Græci λειχῆνας vocant, iudicauimus. Quem etiam morbum Plinius, quòd ex accepto oſculo mentum venaretur, mentagram appellauit. Huius verò & Celſus quatuor ſpecies eſſe dixit: rubricam ſcilicet & nigram: tum & quę ſerpendo procedit, & quæ item bullulas varis ſimiles habet. Materiam aũt harum puſtularum diuerſam quidem ſicuti & diuerſa ſunt genera, iudicamus. Interdũ enim acuta humiditas ſanguini mixta & erodẽs dominatur.

Interdum craſſior tenuiori parte abſumpta & ad atram bilem verſa. Nonnunquam etiam atra ipſa inſurgit bilis, quę ab acutiori humiditate non abſoluitur, & cutem perforans carnem erodit. Pari quoque modo exuſti humores ad naturam atræ bilis inclinantes efficiunt: qui ſi denſioribus occurrant membris, quæ perforare nequeant, figuntur ibidem, & dolores excitant vehementiores donec reſoluantur, aut tandem erumpant in puſtulas: quæ etſi alioquin fœdæ & ad ſaneſcendum difficiles, ſine vllo tamen dolore, vt atræ bilis natura eſt, infectos premũt. Ex quo fit, vt qui eiuſmodi afficiuntur puſtulis, imperitis ſeſe medicis non vnquam curandos tradant. Quibus ægritudinis huius cauſas penitus ignorantibus, dũ inter mali initia cõpingentibus vnctionibus illis mederi feſtinant, ſæpe eos aut in mortem aut ſaltem in deteriorem, vel etiam penitus in inſanabilem compellant morbum. Nam cum huic malo cauſæ inſint difficiliores, & quæ vix remoueri queant, vt non ſine magno labore, ita nec ſine diuturnioris tẽporis ſpatio ſaneſcere poteſt. Quare qui ex his feſtinam ſanitatem quærũt, mortem plurimũ, vt iam dictum eſt, aut ſaltem diuturniorem morbum nanciſcuntur. Si quis igitur huiuſcemodi malo vexatus ſibi ipſi citra omne diſcrimen conſulere, ac certam ſalutem acquirere cupit, his vtatur medicamentis atq; conſilijs, quæ à nobis infrà ponentur. Aſſerunt peritiſſimi medici ſi huiuſcemodi morbus toto diffundatur corpore, iiſdem medicamentis curationẽ ſuſcipere, quibus & lepra curatur. Quare cum iudicaueris ſanguinem his miſceri humoribus, deduciq; eos cum ſanguine poſſe, optimum pręſidium erit ſanguinem ilico de vena media, quam Nigram medici vocãt, mittere. Contrà verò ſi ineptos, & qui cũ ſanguine minimè fluere poſſint exiſtimaueris, æquare eos ac deducere medicamento debes. Non inutile tamen erit hirudinem, quam ſanguiſugam vocant, aut cucurbitulas ea parte affigere qua æger magis vrgetur. Præſidij indigentiam indicant, habitus corporis, rubor in loco, tumor venarũ, & ſi puſtulæ ſanguinolentæ ſint. Poſtea verò ad ea medicamenta confugiendum, quæ materiæ partem deponant: quod certè felicius fiet, ſi aluum duxeris eo medicamento, quod habet Myrobalanorũ omnium partes duas: Radicis barbari partem vnam: Agarici Polypodij, ſingulorũ partem mediam: ſucci fumi terræ, ſenæ & vuæ paſſæ, ſingulorum partem quartam. Quæ tudicula attrita bulliãt in aquę libris ſex, donec quarta defecerit pars. Tum decolata comprimantur, & additis mellis libra, ſcamoneæ vnciola, & ſiliquæ ægiptiacę vncijs duabus, paruo igne in vnam redigantur compoſitionem. De qua deuoret æger vnciolam mediam. Demum aggredi debemus potiones materiam ęquantes, vt ex fumo terrę, endiuia, aceto, ſaccaro, limonum citrique acido ſucco. Aut eam, quæ habet Myrobalanos omnes, fumũ terræ, endiuiam, bugloſſam, meliſſam, boraginem, violas, abſynthium, thamerindum, epithamum, & roſam.

Quibus

Quibus additis ſucco fumi terrę atq; ſaccaro, bulliāt, & ad potionis formā redigantur. Materia tandem æquata deducatur aluus medicamento potentiori, quod deponat humorem quē excernere volueris: ſicuti ſena, polypodio, albo veratro, lapide ſtellato, ſcāmonio, compoſitione filij Amech, Inda & alijs multis, quæ doctores extollunt: dummodo non obliuiſcaris nutrire ea in lactis aqua: quæ ſiue in potione ſiue buccella accipies, optimū & excellens auxilium inuenies. ¶ Verùm quia humor non vna tantum vacuatione ſecernitur, iteranda ſæpius hæc erunt. ¶ Vltimo loco ea ſunt aggredienda præſidia, quę extrinſecus adiuncta etiam conferre poſſint: vt in craſſiori & glutinoſa materia, quæ incidant: in tenuiori, quæ reſoluant: in media quæ vtrāque operationem cōcilient. Mollire interdū & dolores remittere opportunis præſidijs conuenit. Hoc autem malum tollit acida pars citri, gummi arabicum, gummi nucis plurimæ, ſtorax liquens, & ſinapis, ſi aceto linientur. Saliua quoque hominis ieiuni, pręſertim quæ dētibus inhæreſcit, pręſentaneum remedium eſt. Aqua ſulphurea, aqua ſalita & maris ſpuma, ſuccus pſilij, oleum ex frumēto & ex violis, ſtorax & pix armoniacus, helleborum, gummi rutę, litargirium, tutia, reſina pini, ſpuma argenti & ceruſſa. Serapion autem nitri partes duodecim, ſulphuris partes. xiiij. excipiebat reſina copioſa, ea'q; vtebatur. Alij minio ſinopio cæram & oleū ex roſa addunt & eo inungunt. Nonnulli verò reſinam terebinthinam, argentum viuum, maſticem, litargiriū, ceruſſam thymiama'q; excipiūt myrtino oleo, atq; larido: & eo inūgentes ſudare ægros cogūt. Nec poſtremò deſunt qui fateantur ſe ex ſolo potu medicamenti, quod habet laccam lotam, aloen ac myrti coctionem, ex eiuſmodi ægritudine ſanos euaſiſſe.

¶ Vermis vomitu proiectus. II.

IOannes quidam faber lignarius, annum agens quadrageſimum, cum à cordis dolore ferè perpetuo duobus iam annis grauiter vrgeretur, ac propterea quòd eo ſæpius in mortis diſcrimen adductus fuerat, peritiſſimos quoſq; noſtri ſeculi medicos ſed fruſtra conſuluiſſet, tandem ad nos venit oratū, vt ſi quo modo poſſem, tanto malo ſuccurrerem. Mouit me fateor cum res ipſa, quæ ſatis per ſe miranda videbatur: tum vel maximè viri lachrymę, ac nimium miſerabilis obſecratio. Cœpi itaque mecum cogitare an id forte ex malo habitu vētriculi, ſeu cordis, ſiue ille calidus frigidúsve eſſet, an ſiccus, ſimplex aut mixtus. Sed hoꝝ nullus certis indicijs oſtendebat. Cordis enim natura nobilis præſtāſq; tāto tempore huiuſcemodi iniuriam non toleraſſet. Cum nullū ægritudinis genus īprimi in corde poſſit, qui hominē ad feſtinā mortē deducat. Opinanti igit̃ mihi malignā aliquā & noxiā materiā in ventriculo detineri: quę, ꝙ vicinus locus ſit cordi, ad eius ceruicē aſcendēs hominē afflictaret, viſum eſt eā quoquo modo ꝓpellere. Quare medicamēto vomitionē fieri iubeo.

Eo etſi corrupta ac putrens materia expellitur, non tamen dolor remittit. Conſulo igitur vt iterum vomitum experiatur: quem nihiloſecius vna intermiſſa diecula validiorem exhibeo. Expulſa'q; eo eſt craſſior pituita, et cum ea vermis longitudinis digitorum quatuor ſatis, plenior, capite rubro, leui, rotundo'q;, quod piſi magnitudinem non excederet: cætero corpore lanugine quadam contecto, cauda furcata ad ſimilitudinem nouæ lunæ: pedibus nixus quatuor, duobus in dexteriorem, totidem in ſiniſteriorem partem coaptatis. Admiratus vermis formam medicis eruditioribus oſtendo. Nullum inuenio qui mōſtrum ſimile vidiſſe ſe vnquam fateretur. Aderat tamen ſenior quidam, ſed medicæ artis imperitus: qui teſtatus eſt ſimilem ſe vidiſſe vermem vomitu quoque propulſum ab Alexandro quodam cœnobita: qui ſtatim, vt ille aiebat, proiecto eo, mortuus eſt. Vocitabat aūt hoc mōſtrum cordis vermem. At contrà æger ille noſter vt primùm vermem ipſum euomuit ad priſtinam reuerſus eſt ſanitatem.

¶ Lapides in tunica hepatis reperti. III.

MVlier quędam nobilis dolore exorto circa iecinoris partes cum diu multúmque angeretur, ac propterea quamplurimos medicos conſuluiſſet, effugere tamen id malum nullo præſidio poterat. Quare opem noſtram vna cū aliis experiri placuit. Conuenimus igitur plures medici, & quænā eſſent huius morbi abditę cauſę hinc inde plurimo ſermone diſcuſſimus. Verùm vt contingere in rebus dubiis plerunq; ſolet, ſententia non conuenimus. Cum pars iecinoris abſceſſum, pars malum habitum iudicaſſet: nos verò vitium in membrana contegente ineſſe credebamus. At illa cum inualeſcente morbo paucis pòſt diebus, vt nos etiam ex certis indicijs pari conſenſu prædixeramus, è vita migraſſet, mortuæ corpus incidendum curauimus. Et inuentæ ſunt in iecinoris membranulæ parte decliuiori cōgeſti lapilli figura & colore diuerſi. Alij enim rotundi: alij angulares: quadrati alij, prout poſitura & caſus effecerat, maculis etiam rubeis, cęruleis albiſq; diſtincti. Hi ſua grauitate ex tunica ſacculum longitudine palmi, latitudine verò duorū digitorum effecerant. Hanc autē nos mortis cauſam arbitrati, diſputare de obſcuris vanum & inutile iudicauimus.

¶ Fluxus ſanguinis ex Poro. IIII.

NOui hominem robuſtum admodum, qui trigeſimum & ſextum agens annum, ſępe mecū conqueſtus eſt de certo ſanguinis fluxu, quo ſingulo quoque menſe grauiter afflictaretur. Interroganti mihi qua parte corporis flueret, id ſe neſcire reſpondit. Admiratus hominis verbum, detege, īquam, locum vnde fluat. Depoſito pallio ilia dextra oſtētat: vbi ſubiacet iecoris pars ima. Diligenter locum oculis luſtro, ſi foramen aut cicatrix in parte ſit: omnia ęquabiliter poſita lenem & mollem carnem, nullam aſperitudinis cicatricisve notam inſpicio. Ab homine decipi ſuſpicor.

cor. Quod ille aduertēs, paucis, inquit, diebus hunc tibi ſcrupulum demã. Inſtat enim tempus quo ſanguis fluere conſueuit. Reuerſus perendie vno ſuppoſito digito locū fluxus cōtegebat: quo amoto, nō ſecus emanauit ſanguis, ac ſi ex inciſa vena proflueret. Nec prius fluor ille ceſſabat q̃ ſanguinis libra emitteretur. Quo euacuato, nullus diſcernere poterat vnde euacuatio facta eſſet. Exiſtimaui venulam foraminibus cutis ſua ceruice inhęreſcere, indéq; ſtato tempore ſanguinē euacuari. Curaui igitur hominem ſola ſanguinis miſſione ex vena iecoris ſingulo quoque menſe. Curioſo'q; victu iniuncto, protracta cura eſt ad ſextum vſq; menſem, & tandem conualuit.

¶De vena vmbilici, & ex vulua prolapſa inteſtina. V.

MVlierem vidimus ſexagenariam, cuius inteſtina ex vena vmbilici ſubitò prolapſa ſunt, nullo præſidio conferente tertia die vitam finiſſe. ¶Vidimus & aliam, de cuius vulua pariter diſrupta inteſtina omnia profluxerant, paucis item diebus occubuiſſe. ¶Inſuper & tertiā nouimus, cuius inteſtina perfracta eorum tunica, à ſumma vmbilici cute tanquam in ſacculo dependebant in vuluam. Hæc autem miſeram quidem, ſed tamen longiorem vitam ducens, vnà cū hoc malo conſenuit.

¶Vmbilicus prominens. VI.

COmmune omnibus vmbilicū ad decorem prominere. Mōſtroſum, ſi promineat vltrà quàm decens ſit. Iohannes Binus filium habuit octimeſtrem, cuius vmbilicus digitis quatuor excreuerat ad Penis ſimilitudinem. Coles enim teſticulorū tunica iunctus videbatur: à quo etiam ſpiritus erumpebat interdū. Hunc cū plures medici inuiſiſſent, & ex his alij inteſtinum eò erupiſſe iudicarent, alij omentum, alij humorem, nos carnem in loco increuiſſe dicebamus. Cui ſententiæ cū pater inhæſiſſet, puerū curare cœpi. Sed quòd autoritate eorum mouebar, qui propter ſpiritū quem inde erumpere interdum diximus, inteſtinū illud eſſe dicebāt, reſecāda ne mihi eſſet caro illa, & id ipſum ferro'ne an igne potius faciendum, plurimùm addubitabam. Verùm certa tandem ratione ſubnixus vincire carnem decerno: ſingulíſque diebus arctius deligans non prius deſiſto, quàm ea ipſa pręmortua penitus exciderit: ac puer ſubinde integram valetudinem recuperauerit.

¶Ex ano euacuata vrina. VII.

QVis non miretur ſi audierit quod & nos vidimus, puerum ſcilicet duodecimum agētem annum, cum vrinam ſeptimo iam die non redderet, propterea quòd concretū quid ex pituita & ſanguine, vrinæ ipſius canaliculos obſtruxerat, eam tādem ex ano euacuaſſe? Præſertim ſi nouerit & veſicam ipſam ceruicē'q; eius minimè foraminulētam aut fūgoſam exiſtere: & inteſtinum quod penetrari debuit, ſolidæ & cōcretę eſſe naturæ, vt decet tunicas omnes quæ neruoſæ ſunt? oportuit enim aut inci-

ſam veſicam inteſtinúmque, quod citra mortem fieri nequit, aut naturam cui impoſſibile nihil eſt, huiuſcemodi aperuiſſe vias: vt inde vrinam redderet, puerúmq; ſeruaret. Nouimus enim miranda eius opera, nam & purulentum quid etiam oſſi ſubſidens extrinſecus trudit, & hominem certis indicijs moriturum ſæpius liberat. Vnde & militem vidimus, cui illatū vulnus in coxam, veſicę ceruicem inciderit: ac ſubīde incuria medici adeò conglutinatū obcalluit, vt penitus iter vrinæ obſtruxerit: ſed ea nihiloſecius carne paulatim eroſa, coxa altera extrinſecus erupit. Indéq; quoad vir ille vixit ritè profluens reddita eſt. Sed Pauli Bonini filium nouimus, qui glāde colis clauſa natus, paulò infra eam itinere patefacto vrinam reddebat.

¶Mulier à ſpiritu malo oppreſſa. VIII.

Accidit his temporibus nouum & admirādū morbi genus: quod & ſi viderim curauerimque, ſcribere tamen vix auſim. Mulier ſextumdecimum agens annum ab ima vētris parte dolore exorto, conuellere manibus nitebatur. Cúmq; in horrendum clamorem erūperet, intumeſcebat ilico totus venter, adeò vt vterum geſtare crederes octimenſem: & voce exhauſta vbi toto cubili hinc inde reiectans ſeſe, & plantas pedum interdum ceruici connectens reſiliebat in pedes, iterum procidens ac reſiliens: iſthuc ipſum identidem factitabat, quoad paulatim ad ſe reuerſa quoquo modo recrearetur. Interrogata quid egiſſet penitꝰ ignorabat. Nos verò eiuſmodi morbi cauſas diſquirentes, arbitrati ſumus hoc malū ex vuluæ aſcenſu & vaporibus malis ſurſum elatis, ac ſubinde cor & cerebrum impetentibus prouenire. Quare idoneis medicamentis adhibitis, cū nihil omnino profeciſſent, non parum mirati ſumus. A recta tamen via minimè deſiſtendum putauimus, donec ferocior facta ac toruis oculis circunſpiciens tandem prorupit in vomitum, quo longiores & recuruos clauos æneaſque acus vnà cum cæra & capillis in globum mixtis euomuit. Et nouiſſime ientaculi fruſtum tantę magnitudinis vt deuorare integrum nullus potuiſſet. Cū'q; idipſum ſæpius etiam vidente me factitaſſet, teneri eam arbitratus ſum ſpiritu malo, qui dum hæc ageret ſpectantium oculos perſtringeret. Quare ſpiritalibus medicis commendata, manifeſtioribus dein ſignis & argumētis rem comprobauit. Nam & nos ſæpe eam vaticinantē audiuimus: & ea præterea agentem vidimus, quæ omnem vim morbi ſupergreſſa, humanum etiam captum excederent.

¶Sanatum genu miraculo euidenti. IX.

Robertus Saluiatus Bernardi filius & diui Dominici fratrum conſortio iunctus, dū in monaſterio ſancti Marci Florentinę ciuitatis vitam degeret, geniculi dexterioris abceſſu grauiter affligebatur. Quare me familiari medico accerſito, malum oſtendit. Intumuerat enim genu, tautúmq; eleuabatur, vt humani capitis magnitudinē æquaret. No=

tæ

tæ pituitoſū & vapore plenum oſtendebant. Hic chirurgica manu curatus bis iam ſanitatem fuerat conſequutus. Reuertebatur tamen id malū priore peius. Quare iudicauimus huiuſcemodi ęgritudinem vbi iam inueteraſſet, nullo modo citra vſtionem finiri poſſe. Territus ille iudicio noſtro ac propterea medicæ artis ſpe depoſita, ad diuinum confugit auxilium. Erat eo tē pore in eodem monaſterio vir ſimplex & bonus, Fide & Charitate pollens, Dominicus Piſciæ oppido ortus & eiuſdem religionis profeſſor: per quem Deus plurima iam ſigna fecerat. Hunc igitur Robertus ipſe cōueniens miſerabilibus primū lachrymis & precibus orat, vt ſeſe ſuis apud deū orationibus liberet: quod cū ille pro ſola humilitate abnueret, inſtat iterum Robertus. Nec prius à lachrymis & importunitate deſiſtit, quàm Dei hominē flectit atque exorat. Celebratis itaq; ex more ac peractis miſſarum ſolemnibus, cum ad Robertum ipſum qui ſolus celebranti illi miniſtrauerat conuerſus fuiſſet, geniculū detegit: & ſigno Crucis ſuper malū impreſſo, fiat, inquit, tibi ſecundū fidem tuam. Quibus verbis omnis prorſus intra pauculos dies delituit ęgritudo. Quod & nos non ſolū vidimus, ſed & proprijs (vt aiunt) manibus attrectantes, geniculum ipſum detumefactum ac penitus ſaneſcens inuenimus. Et nequis nō omnino virtute diuina factū putet, hic ſeptimus iam eſt annus ex quo ille ſanitatē adeptus, eam ſeruauit & ſeruat ope & auxilio illius, qui ſolus omnia potens, viuit & regnat in ſæcula.

¶ Miraculo liberatus. X.

IVuenis quidam Florentinus nomine Gaſpar dū circa pręcordia ſagitta vulneratus ſpiculū educere nititur, relicto mucrone arūdinem tātū euellit. Quē cū Chirurgici omni licet ingenio omniq; præſidio nixi auellere minimè potuerint (in intima enim coſta adeò inſederat vt reuelli nullo auxilio poſſet, niſi coſta ipſa perfracta & vulnere ampliori facto) mortem potius quamlibet miſerabilem, q̄ tale genus curationis ſubire malebat. Quare tandem in deſperationem verſus, laqueo ſuſpendere ſe, aut profluenti Arno, vel alto puteo præcipitem dare cogitabat: quod & feciſſet, niſi aſſiſtentes amici illū diligētiſſimè cuſtodiſſent. Inter quos erat vir quidam Marioctus nomine fide & probitate pollēs: hic hominem iugiter deprecabatur, vt deſperatione reiecta, in manus potius Dei à quo eſt oīs ſalus, tam grande malū tradere conaretur. Huius tandem precibus flexus Gaſpar totus ad Deū conuertitur, non die, non nocte ab oratione ceſſās: donec in vaticiniū prorumpens, non nullos interim, qui ad eum viſendi gratia accederent, dū adhuc procul eſſent paulopoſt adfuturos prædiceret. Qui etiam & ignotum quemlibet proprio quoq; nomine citans, admonebat aſtātes omnes vti Deum timerent, & de ſalute ſua confiderent. Se enim nō modò de ea deq; die & hora qua illam conſequi deberet certiorem factum eſſe, ſed multa præterea eodem lumine præuidiſſe aiebat: vt profectionē ſuam

Romam

Romam & mortem: exilium Petri Medicis & fugam: ciuitatis noſtræ Florentiæ anguſtias & calamitates, Italię ſubuerſionem, & alia q̃ plurima: quę breuitatis cauſa ſilentio præterimus: quę'q; ferè omnia magna ex parte iam impleta videmus. Nam & qua prædixerat die atq; hora mucro ipſe ex vulnere ſpōte ſua proſilijt: quo eiecto, etiam vaticinari deſtitit, & Romam tandem peregre proficiſcens mortuus eſt.

¶Mulier vulua carens vixit annis decem. XI.

INgenioſus noſtri ſæculi medicus Vgolinus Piſanus me licet iuniorem aduocandū cenſuit: vt vnà cum illo mulierem quandam curaremus, quæ vuluæ pernitioſo vlcere vexabatur. Huius nos malitiam omni ſtudio & diligentia tollere ſed fruſtra conati ſumus: nam corrupta interim vulua & fruſtulis comminuta deſcendens, non prius fluere deſtitit q̃ tota putreſcēs decideret: ac ſic mulierem ingenti malo liberauit, quæ licet vulua carens, ſana tamen ſuperuixit annos decem.

¶Aqua inter cutem. XII.

AQua inter cutem cū vehementius vrgeretur puer: tanta'q; intus contracta eſſet, vt aluum nullam in partem mouere poſſet, omni auxilio medicorū deſtitutus temerariam ſibi libertatem vendicauit. Quare aqua quantū poterat epota in vltimū ſeſe mortis diſcrimē malè ſanus præcipitauit. Verū ſiue id aquæ contractę impulſu, ſiue ope naturæ factum ſit, ſoluta eſt vmbilici vnitas: indéq; tanto impetu aqua profluere cœpit, vt ſupra ventrem cubitos tres aſcēderet. Quo ſane vitam finiſſet, niſi circū aſſiſtentes oppoſita manu aquam fluere non permiſiſſent. Hinc medico accerſito & aqua paulatim educta, ac curioſo victu & cæteris quæ ad rem facerent iniūctis, breui tempore in priſtinam redactus eſt ſanitatē.

¶Ruſticus per annū nihil bibens, ab aqua inter cutē liberatur. XIII.

RVſtico, quem aqua inter cutem malè habebat, opem noſtram expoſtulāti, ſanari illum cum iam morbus inueteraſſet minimè poſſe reſpondi. Inſtanti tamen vt aliquod ſaltem conſilium ei præberemus, ſubridens inquam, amice ſi curari deſideras opus eſt vt non vltra bibas q̃ vt vitam ſuſtineas. Diſceſſit: & anno peracto iterum interrogat an ipſum nouerim. Nego me hominem noſſe. At ille tua ope curatus, inquit, ad te reuertor, ſcire cupiēs an adhuc mihi liceat aliquid bibere: cum hactenus per annum nihil biberim. Admiratus interrogo quare & cuius cōſilio. Cui ille, tuo inquit: & rem omnem ab initio narrat. Iuſſi igitur paulatim vino aſſueſcere: ſed mero potius quàm lymphato: & eo ipſo auſtero ac tenuiſſimo. Diſceſſit: & curioſa potione vſus ad priſtinum'q; reuerſus ſtatum, quā mecum familiaritatem primùm contraxit, eam adhuc in hanc vſque diem officioſiſſimè ſeruat & colit.

¶Struma ingentis magnitudinis & ponderis. XIIII.

MVlierem Oliuam nomine ſtruma coxę innata multos annos miſerabiliter vexabat. Ad eam enim iam magnitudinem excreuerat, vt occupante ea coxam ipſam ac crus, ambulare non poſſet. Quo factum vt iã quinquẽnio miſera in lecto iaceret. Nec ex medicis vllus inueniebatur, qui aut ferro aut alio quouis medicamento tollere tam ingẽs malum auderet. Quare omni ſpe deſtituta, me cum iunior adhuc eſſem ad ſe vocãs, operam noſtrã depoſcit. Lachrymis vrget & precibus, vt q̃libet miſerabile, aliquod tamen ei præſidium afferam: mori ſe malle quàm in tanta miſeria & calamitate vitam ducere. Mouerunt me fateor infœlicis mulieris lachrymæ: ac propterea rem ſanè arduam, & quam nullus qui ſaperet attentaſſet aggreſſus, ſtrumam ipſam ea potiſſimũ parte, qua coxa pendebat vinculo deligo. Et quoniã reſecanda craſſitudo palmo plenior erat, ſingulis quibuſq; diebus vinculũ ipſum arctius necto: donec pars media reſecaretur. Tum candenti ferro quod ſupereſt ſcindo: ſanguinem ſupprimo & mulierem ferè mortuam reſumens molli cubiculo recreo: ac curioſa dein obſeruatione idoneiſq; medicamentis rite procedens, diuino tandem auxilio eam in priſtinã ſanitatem reduco. Tanta autem fuit præciſæ carnis moles, vt pondus ſexaginta librarum excederet.

¶Ex frigidiſſimo emplaſtro Stomacho admoto mors ſubſecuta. XV.

NOui medicum, qui vel incuria, vel magis vt arbitror inſcitia, emplaſtrum frigidiſſimũ ſtomacho cuiuſdam viri, dum illũ ventriculi dolor ſatis mordax vrgeret, ſuperpoſuit. Putabat enim hoc auxilio dolorem ipſum tolli poſſe. Verũ ille dolore ferè amoto, grauẽ tamen noxã percipiens redeunti medico exponit dolorem quidem remiſſum, ſe tamen inſpirandi difficultate vexari. Quod inſcius medicus paruifaciens iterum emplaſtrum admouit: & ne tollatur etiam iubet. At æger dũ aſſiſtẽtes imperata faciunt, paucis interim horis ſingultu premitur: quo grauius grauiuſq; hominem afflictante, inhorreſcunt illi membra: ex quo etiam paucis interceptis diebus mors ſubſequuta eſt: quam medici omnes ex incuſſo ſtomacho frigore proueniſſe iudicauerunt. Ignorabat enim bonus ille medicus, nullum princeps aut principi ſubſeruiens membrum ſolis frigidis eſſe curandum.

¶Ex frigidiſſimo aquæ potu vir interimitur. XVI.

ANtonius Parmenſis iuuenis admodum robuſtus cũ ſub feruentiſſimo ſole, & magni ęſtus tempeſtate pluribus diebus in itinere fuiſſet, ardẽtiſſima tandem febri correptus eſt: quare cum vehemẽs eum ſitis vrgeret, frigidiſſima aqua epota intra paucas horas mortuus eſt.

¶Defectio ex frigidiſſimi vini hauſtu. XVII.

Blaſius

BLaſius Senenſis familiaris noſter & condiſcipulus dum longiuſculo tempore ſub ardentiſſimo ſole pilę ludo incaluiſſet, nec ſudore adhuc aut fatigatione remiſſis in ſubterraneum locum, vbi vinaria erat cellula, deſcendiſſet, frigidiſſimi vini calicem haurit: quo epoto ſtatim deficit: indéq; vt erat ferè præmortuus ad cubile delatus ac calidis vtcunq; fomentis ſed non ſine graui noxa tandem licet ægrè refocillatus, conualuit. Frigidiſſima enim potio altius cordi inſederat.

Eroſum capitis os. XVIII.

QVidam monachus ordinis beati Auguſtini ex his quos canonicos regulares vocant, dũ in monaſterio diui Donati, quod vrbi noſtræ prominens Scopetũ dicunt, vitam ageret, ſemel mecũ conqueſtus eſt, affirmans capitis eius os paulatim idies eroſum iri: quod miratus, caput detego, manu diligentius contrecto, frontem ferè totam oſſe denudatam inuenio: & quod maius eſt, nullam in cute ſumma, nullam in carne noxam aduerto: rei cauſam quęritans iudico acutiſſimo humore hoc fieri, qui foraminulenta carne demiſſus nullam in ea vim faceret. Os verò, quod denſius ac propterea magis obſiſtens, eroderet, non ſecus ac fulgur, quod aurum illæſis interim loculis nonnunquam liquare ſolet. At monachus ille cum maior iam oſſis ipſius pars eſſet eroſa, & nullo proficeret auxilio, paucis annis vitam finiuit.

Lapis ex inteſtinis eiectus. XIX.

MAriottus Palla Pharmacopola cum inteſtinorum dolore vexaretur eius'q; venter nihil ferè & id quidem ægrè atq; liquatum redderet, pluribus'q; hominem medicamentis aluum ducentibus & clyſteribus curaſſent medici, & morbus nihilominus inualeſceret, ad aliud auxilij genus conuerſi, totã ipſius aluum humidis fomẽtis emolliunt: nec prius ab incœpto deſiſtunt, quàm ille ſic fotus lapidẽ inſtar columbini oui aluo proijcit. Qui quidem lapis inteſtino ſubſiſtẽs & iter magna ex parte obſtruẽs, licet ideo deduci non poſſet quòd inteſtino tunicisq; eius deligatus eſſet, vel quòd ipſius craſſioris inteſtini aliqua fortè inhęreſceret cellula, medicamẽtorum tamen pręſidijs & expultrice adiuuãte virtute tandẽ propulſus eſt.

Aerea acus perforato ſtomacho extrinſecus truditur. XX.

DEuorauerat mulier quædam æneam acũ, & nulla inde noxa percepta, integrum annum ita vt erat, ſana permanſit. Quo peracto cœpit dolor ſatis acutus mulierem ipſam circa vẽtriculũ vrgere, qui dũ eam magis magisq; indies affligeret, plures conſuluit medicos: nihil tamen de deuorata acu, quam penitus obliuioni tradiderat, referens. Varię fuerunt hinc inde ſententiæ. Alij enim ab acutiori humore, alij à vento inter tunicas ſtomachi recluſo, cæteri verò ex malo habitu excitari hoc malum putabant. Cũ'q; omni quo poterat ſtudio & diligẽtia curata, ſanitatem

nullo

nullo modo conſequi poſſet, medicæ artis ſpe depoſita, tolerare id malū ſatius duxit, quàm perpetuis medicamentis inaniter vexari. Sicq; annis iam decem tali vrgente dolore, miſeram vitam trahebat, cum ecce acus illa terebrato ventriculo è paruo demiſſa foramine proſilijt. Nos autem & acum vidimus & mulierem curauimus: quæ paucis pòſt diebus vnitate vulneris facta, in priſtinam ſanitatem reſtituta eſt.

¶Ob incuriam à lepra liberatus. XXI.

MEmini Onofriū Tedaldū pro mortuo à medicis derelictū incidiſſe in manus noſtras, non quidē vt curaretur (id enī factu impoſſibile videbatur) ſed vt ſatis amicorū opinioni & ægro ipſi fieret. Lepra hominem malè habebat: & febricula īſuper vrgebat. Quam ꝙ ſolidas animalis parteis occupans quaſi habitū inducat, Græci ἐϑικλὼ vocant. Tantū'q; inhæſerat ſolidis mēbris hæc febricula, vt macie & tabe conſumpta carne, nihil niſi pellis & oſſa ſupereſſet. Quin & in neruis crurium tanta item contractio facta erat, vt calces natibus inhæreſcentes extendi nullo modo poſſent. Indulgens itaq; hominis volūtati, ꝑmitto vt omnibus omiſſis legibus ſuo arbitrio viuat. Aduentante igitur vere cum iam nux plurima tenuiori cortice veſtiretur, his veſci cœpit. Et cum omne aliud cibi genus faſtidiret, non vna altera've contentus etiam ſupra centū ſingulis diebus comedebat, pane licet modico adiecto. Quo factū vt & venter fluere cœperit, & ſtomachus nihil continere: ſicque fruſtula integra deijci, vt concoctio nulla in eis appareret. Hoc itaq; incurioſo & licentiori victu vſus, ad æſtatem vſque proceſſit. Quo tempore citrullos, angurias, peponéſque comedens nullum pręter ea cibi genus deuorabat: ſed & ea cruda & incocta omnia deiiciebat. Peracta autē iam ferè æſtate refici cœpit, & corpus quoquo modo reſumptum ad habitum ſuum reuertitur, quoad ſicco & calido morbo humidis & frigidis præſidiis ſuperato, quem ratio & diligentia curare non poterat, incuria & temeritas ad priſtinam redigeret ſanitatem. Qua biennio feliciter vſus, incurioſo poſt modum victu & inutili libertate in eūdem recidit morbum. Quo demum abſumptus, paucos poſt annos è vita deceſſit.

¶Vlcus menti ſanatum dentis euulſione. XXII.

IVuenis quidā Angenius noīe annis iā tribus mēti vlcere vexabatur: qui licet opera compluriū medicorū vſus fuiſſet, tantū abfuit vt nō deprehēdentibus illis morbi cauſam ſanitatē conſequi potuerit, vt penè omnē recuperandæ valetudinis ſpem amiſerit: dū ſcilicet ex his nōnulli ꝙ altū & calloſum vlc⁹ viderēt, citra vſtionē nequaq̄ tolli poſſe affirmarēt. Atq; itē alii quia calloſa haberet ora, Chironeū vlcus crederēt: & ob id curatu difficilimū arbitrarent̄. Nos verò vt primū hominem vidimus, & vlcus cōſpicati ſumus, nullis id malū medicamentis

vinci poſſe prediximꝰ: niſi eo prius eruto dēte, ad cuiꝰ radices vlcus ipſum aſcenderet. Id quod res planè indicauit, nam dente ipſo euulſo, eroſam eius radicem cernimus: vnde ſcilicet malum illud, fomētum ac pabulum capiebat. Quo ſublato, nō multis pòſt diebus etiam domeſticis medicamentis ſanatum eſt vlcus.

¶Attoniti fulmine. xxiij.

ATtonitos fulmine patrem & filium vidimus, quorum corpus & mens ſtupore quodam tenebantur, adeò vt diſſolutione neruorū, quam Græci ἀποπληξίαν vocāt, affici eos crederem. Cúmq; ad ſeptimū vſq; diem ferè abſq; cibo & potu, quin etiā muti & ſine ſenſu vitā miſeram traherent, ex vena demū, quam medici Nigram vocant, ſanguis emittitur, aluus ducitur, corpus plurimis frictionibus diſtringitur, ac tenuiſſimis interī cibis vtcūq; alitur, donec paulatim refecti ad priſtinam tādem ſanitatem reuerſi ſunt.

¶Lapis tuſſicula expulſus. xxiiij.

HEnricus quidam Alemanus cū laterū doloribus triennio iā vexaretur, & ob id opera & conſilio multorū interim medicorum ſed fruſtra vſus fuiſſet, ad nos tādem venit oratum, vt ſi quo modo poſſem, laboranti illi opē ferrem. Interrogo igitur hominem an initiū morbi cauſam'ue teneret, vtrum ſcilicet ex frigore vel ex ictu aliquo, aut nimio curſu vel diſtillatione à capite, ſiue etiam ex præcedente aliqua alia ægritudine hoc illi contigerit. Reſpondit ſe nullā procatarcticā ſcire cauſam, ſed tantū ex occulto initio paulatim increuiſſe morbum illū, adeo'q; auctū vt eum ad mortem duceret. Anxius igitur & tāti doloris cauſam minimè deprehendens, neſciebam quò me verterem. Neq; enim vlla vel materiei, vel mali habitus erāt indicia, cum tuſſicula quædam ſicca hominem vrgeret, neq; item excrementa aliqua videbantur. Et medicamenta etiā, quibus curatus fuerat, intentiones ferè omnes euacuauerant. Quare autorū tandem ſententijs nixus, quibus docetur medicus, cū cauſæ morbi abditæ ſunt his præſidiis vti, quæ cōferre quidem poſſint, nocere non poſſint, cœpi primū lenire pectus, mollire guttur & aſperam arteriam, donec calculo ad auellanę magnitudinem de pectore propulſo, & ſicca illa tuſſicula, & omnis preterea dolor amotus eſt.

¶Magna ſuræ oſſis parte reſecata, puella conualuit. xxv.

HIeronymi Corbinelli filia octauū agens annū elephantico morbo affecta eſt, ita vt & ſurę os vitiari cœperit. Sūma enim cutis maculas crebros'q; tumores habebat, & rubor paulatim in atrū eleuari ac cōuerti cœperat, adeò vt facilè iudicares vitium in oſſe conſurgere: preſertim quòd & ingenti dolore afficeretur, & nullum in carne puris ſignum appareret. Quare ſoluto ventre & ſanguine cucurbitulis miſſo, detegere os decernimus, quo detecto, quicquid putrens & carioſum inerat abſcindimus.

Sicq;

Sícq; magna oſſis parte reſecata,puella (quod multis ĩpoſſibile videbatur) tandem rite curata conualuit.

¶Sagitta carminibus euulſa. xxvj.

NIhil tam facilè in corpore quàm ſagitta conditur, & eadē ſæpius altiſſimè, quod & in milite vidimus, cui telū dextra parte pectoris illatū, ſiniſtræ ſcapulæ oſſi vſq;adeo inhæſit, vt & multi mucronem euellere fruſtra conati ſint. Nam redire tam longo ſpacio minimè poterat abſq; carnis & venarū neruorúmq; laniatione: propterea ꝙ vtrinq; ſpicula ipſum cingerent, nec etiam cõtrà carne inciſa euelli telum poterat, cum os ſcapulæ, cui inſederat, magnum amplū'q; obſtaret. Quare medicę artis præſidio deſtitutus, cum id citra mortis periculū fieri non poſſet, aduocat Ariolum, qui duobus digitis plagę ſuperpoſitis & carminibus neſcio quibus inſuſurratis, telum ex oſſe redire iubet, quo etſi abſq; ægri corporis noxa, nõ tamen ſine vtriuſq; animæ diſpendio obtemperãte, miles ille paucis pòſt diebus ritè curatus conualuit.

¶Vlceratæ nares xxvij.

VLcerari nares intus conſueuerūt, eiq; malo vix ſuccurri poteſt, cū inueteraſcit. Mihi nubilis puella nobiliſq; oſtenditur: q̃ eiuſmodi morbo diu tenebať, nec inuentus eſt medicus, licet plurimi puellã curandã ſuſcepiſſent, qui id malū tollere potuiſſet. Erant enim vlcera circa nares cruſtis pluribus fœda: è quibus etiam malus conſurgebat odor, quod genus Gręci ὀζαίναν appellãt. Curã itaq;, orante patre, qui vnicè filiã diligebat aggredior, his auxiliis fretus, quæ ad hūc morbum conducibiliora viſa ſunt. Primò igitur aluū duco, humores æquo, & cucurbitulis ſcapulis affixis carnéq; ferro inciſa ſanguinē mitto. Tum & frictionibus diuertentibus vſus, nares calida aqua ſpõgia expreſſa cõfoueo: deinde ceruſſam & argēti ſpumã oleo myrtino & omphacino excipiēs ad craſſitudinē mellis reduco, eo'q; illiniri nares ſæpius iubeo quo auxilio cruſtis omnibus exciſis, ceruſſa demū, olibano, cadmia, ſylliq; interiori parte diligenter attritis & melle addito medicamentū conficio, quo ſpecillū lana obuolutū intingēs vlceribus admouebam: & his repletis linamentū, eoquoq; medicamento illitum demittebam in nares. Id'q; bis die vel ter faciendū curabam: quoad his præſidijs & auxilijs malo, quod plurimos medicos diu multū'q; fruſtra fatigauerat, paucis etiam menſibus ſublato, puellam priſtinæ reddimus ſanitati.

¶Naturalia clauſa inciſione curantur. xxviij.

NAturalia fœminarū interdū claudi certū eſt. Id aūt aut protinus in vtero matris fit, aut vlceratione illarum partiū: dum ſcilicet ex incuria medici ſaneſcendo oris inter ſeſe conglutinatis iungūtur. Incidit in manus noſtras puella quędam iam matura viro, iam plenis nubilis annis, cui naturalia ipſa clauderentur. Quę cum ego huiuſcemodi malū

curaturus inſpicio, video membranulã quãdam, quæ ipſius vuluæ ori opponeretur. Quare duabus lineis inter ſeſe tranſuerſis eam incido: ſtatimq; tanta ac tam ingenti impetu nigrior materia profluxit, vt grande lumen, quod tunc miniſter admouerat, extinxerit. Menſes enim præteriti intus tenebantur: qui & dolores etiam ſingulis menſibus excitarent. Inciſa itaque membranula ipſa, quicquid ex ea intus ſuperfuit, hamo apprehendo amputo'q;. Tum reliquũ curę ex aliorum vlcerũ more proſequutus, haud multis pòſt diebus puellam ipſam ſanam, ac coniugio aptam relinquo.

¶ Emortuus fœtus vnco extrahitur. xxix.

MAturo partu intus emortuo periclitabatur vxor piſtoris mei, quare reuocatũ me rogat, vt deficiẽti illi quoquo modo opem feram. Ego verò reputãs huiuſmodi curationem inter difficilimas ãnumerari, & ſummam prudentiam ac moderationem deſiderare (præſertim & quòd ita fœtus tranſuerſus iaceret, vt ne manu quidem intra vuluam iniecta dirigi in caput aut ĩ pedes poſſet, & ꝙ imus vẽter iã frigeſceret) de ſalute eius dubitare cœpi. Verũ hortãte me cõiuge ac cęteris aſſiſtẽtibus, vt nullũ intẽtatũ relinquerẽ auxiliũ, vncũ vertebris dorſi infantis inijciẽs paulatĩ extrahere nitor. Sed obſtabat oris vuluæ cõpreſſio, & ceruix toto corpore replicata augebat extractionis difficultatem. Quare calido oleo naturalia foueo, quo paulatim hiante vulua fœtũ educo. Mulierẽ'q; ferè mortuã molli cubili recreo, & oportunis demũ præſidijs curatã priſtinę ſanitati reſtituo.

¶ Natus ano clauſo. xxx.

VIdimus duos pueros ab vtero matris natos naturalibus clauſis: horũ alteri caro quædã in ano altius increuerat, adeò vt inteſtini exitus percipi nullo modo poſſet, quo factũ vt paucis diebus vitam finierit. Alteri verò membrana quædam ipſius tantùm ani ori opponebatur: ſed ea acutiori ſcalpro præciſa, ſtatim ſanatus eſt puer.

Naturalia eroſa & clauſa. xxxj.

MVlierẽ etiam vidimus, cui morbus quem vulgò Gallicũ appellãt totam vuluã eroſerat, & incuria medici quicquid eroſum fuerat, oris inuicem iũctis obcalluit. Indéq; ſola vrina, & ea ex paruo quidem foramine reddebatur. Huic nos (propterea ꝙ callus ipſe altior eſſet, q̃ vt citra mortis diſcrimen incidi poſſe extimaremus) conſuluimus vt incurata potius viuere, quàm tãto ſe periculo exponere vellet.

¶ Inteſtino tenuiori clauſo vita finitur. xxxij.

STomacho lõga & plura vicia cũ ex alijs mẽbris, tũ humorib⁹ ſibi innatis accidere cõſueuerũt. Vnde & nos virũ nouimus quinquagenariũ, qui ex p̃terita ęgritudine quã χόλεϱαν Gręci vocãt, ĩ qua ſimul & deiectio & vomit⁹ accidũt, ĩteſtina'q; torquent̃, & bilis atra ſupra ĩfra'q; erũpit, in ꝑpetuũ & vt experiẽtia docuit, penit⁹ inſanabilẽ inciderat vomitũ:

vomitum: vnde & ſtomachus paucis admodũ horis cibum continebat, & aluus pręterea nihil omnino reddebat, ſiue his leuibus ſiue etiã acribus medicamentis vrgeretur. Aſſumebat enim cibos leuiores, & ad concoquendum faciles: quos vbi aliquot horas continuerat, quicquid ex his ſupererat euomebat. Alebatur autẽ parte tenuiori, quam venæ à ventriculo attrahebant, ſicq; miſeram quidem, ſed tamen longiuſculam vitam duxit. Huius verò nos morbi cauſam indagãtes, putauimus eam inteſtino tenuiori figi: eo'q; adeò obcalluiſſe, vt cũ incoctus cibus ad iecur totus penetrare nõ poſſet, retrocederet & vomitu tandem expelleretur, id quod mortuo eo experimento comprobare volentes, corpus incidere tentauimus. Sed neſcio qua ſuperſtitione negantibus cognatis, voti compotes fieri nequiuimus.

¶ Ex abſceſſu meſenterij mortuus. XXXIII.

IVlianus quidam iuuenis alioquin optimus alui torminibus vexabatur: inq; dies magis magis'q; dolor vim capiebat: tantũ'q; aberat vt huiuſcemodi doloris abditæ cauſæ deprehendi poſſent, vt nullis vnq̃ præſidijs tolli aut ſaltem leuari hoc malum potuerit. Omnia enĩ viſcera ſana videbãtur, iecur, lien & inteſtina omnia nullam doloris notam oſtendebant. Sed ille nihilominus magis magiſq; indies q̃ vt tolerari poſſet vrgente dolore ipſo, tandem è vita diſceſſit. Quare mortui corpore inciſo, vt ſcilicet tãti mali cauſas dignoſceremus, & ſanis omnibus vt putabamus inuẽtis viſceribus, iubeo inteſtina amoueri. Quæ dum gladio diſcindit miniſter, in abſceſſum magnum incurrit. Quo præciſo materia multa nigrior fœténsque profluxit, encauſto ſutorio ſimilis. Ex quo manifeſtã eius mortis cauſam deprehendimus. Atra enim bilis eò cõfluens huiuſmodi abſceſſum paulatim effecerat.

Monialis inteſtinorum dolore mortua. xxxiiij.

IN cœnobio diui Donati quod in agro Pulueroſæ eſt, religioſa mulier & eius cœnobij profeſſa, fuit: quæ inteſtinorũ doloribus multis iam menſibus vrgebatur: Et aluus nihil niſi ægrè & durum, id'q; tantum decimo quoq; die reddebat: Cum'q; nullis conferentibus auxilijs diu multúmq; hoc malo vexata, tandem naturæ cõceſſerit, mortuæ corpus incidendum curauimus, & inuenta ſunt inteſtina altiori callo conſtricta: adeo'que iter anguſtum relinquebatur, vt deiectiones ægrè tranſmitti poſſent. Hoc tamen nos malum ꝑpterea quòd aluum prementi neſcio quid durum renitebatur, etiam ea viuente preſenſeramus.

Tuberculum ſupra cordis arteriam. xxxv.

MVlier Clara nomine & genere, cordis dolore ĩterdum vexabatur, quem medici à malo ipſius habitu fieri arbitrabantur. Sed cũ pluribus iã annis cõnubio iũcta non cõciperet, & ſterilitatis cauſam q̃reret ac tollere conaretur multis præſidijs, ita demũ dolor ille cordis ĩcre

breſcere occepit,vt ꝑpetuus fieret. Ex quo ſępius etiã mulier ipſa deficiẽs, recreari vix poterat,donec eo iã magis magiſq; inualeſcẽte è medio ſublata eſt. Cæterũ mortuę corpore ĩciſo & fruſtulũ nigrioris carnis ĩ ſiniſtro cordis vẽtriculo ſupra arteriã,quod meſpilij formã haberet, & vulua a medio infrà verſus imam eius partem iunctis oris obcalluiſſe reperta eſt. Quare vt tuberculum illud mortis,ita hoc ſterilitatis cauſam fuiſſe cognouimus.

Stomachum obcalluiſſe. XXXVI.

ANtonius Brunus affinis meus, cum emanducatum cibum breuiori quàm par fuerat temporis ſpatio contineret, & ita vt erat incoctum reijceret, omnibus medicamentis,quæ ſtomachi vitijs adhiberi poſſunt,diligentiſſimè fotus eſt. Verùm cum ea nihil omnino proficerent, & corpori ob inopiam alimenti iam abſumpto vix pellis & oſſa ſupereſſent,gradatim tandem ad mortem deductus eſt. Quare defuncti cadauere publicæ vtilitatis gratia inciſo,inuentum eſt hominis ventriculum ita iunctis oris ad imam eius partem obcalluiſſe,vt cum nihil inde ad ĩferiora tranſmittere potuerit,neceſſariò mors ſubſecuta ſit.

Callus in venis meſaraicis. xxxvij.

PEtrus Aldimarius filium habuit,qui cum octauũ iam ageret annum,in corruptum incidit appetitum, quo calculos rudera'q; cõedens in lentam tandem febriculam deuenit. Indéq; procedente tempore & ventriculus non continere & venter fluere cœpit. Adeo'q; duobus his malis vexatus eſt puer,vt paucis etiam diebus è vita deceſſerit. Huius nos cum annuente patre emortuum corpus incidiſſemus, repertus eſt callus inter venas,quas meſaraicas appellãt,à quo cum venæ ipſæ adeò obſtruerentur omnes,vt ferri inde ſanguis vltrà nõ poſſet, neceſſe fuit puerũ è vita migrare.

Angina inciſa. XXXVIII.

ANgina laborabat Nicolaus Rota,ſed nullus tamen rubor aut tumor vel itus in gula vel extrà videbatur. Et ipſe nihilominus vix ſpiritũ trahẽs,quicquid pręterea edendũ ſumeret, per os ſtati & nares reijciebat. Quare cum areſcente corpore,pallente iam facie ac vertentibus oculis, ſpes omnis ſublata eſſet,& medici quibus cura demandata fuerat ægrũ amplius non adirent,me licet iuniorem conuocant, ægrũ oſtendunt,& quæcũq; acta fuerant exponunt. At ego cum & ægrum ipſum ad mortem tendere,& medicos quæcũq; oportuna fuerant præſidia adhibuiſſe intelligerem, cœpi ipſe mecũ cogitare ſatiusne eſſet ægrũ ipſum Deo & naturę,vt cæteri medici,incuratum dimittere,an aliquod licet inſolitũ, vtile tamen auxilium experiri. Verùm adhortantibus his qui ægro aſſiſtebant,conſilium capio,& locum altioribus plagis ſub ipſis maxillis,ac etiam ſupra collũ incido: ex quo cũ ſanies multa prorũperet,adeò morbus leuat⁹

eſt

eſt, vt faucibus ipſis ſpiritum ſimul & cibum capientibus, facilis dein ad bonam valetudinem ægro ipſi daretur regreſſio.

¶Soluta vmbilici vnitas. xxxix.

VIrũ nouimus, quem dolor in pleniori inteſtino exortus adeò cruciaret, vt nullo interim ſpiritu erũpente mediũ hominem diſiectum iri putares: cũ'q; fruſtra multa auxilia adhiberentur, & non ſolum clyſteria vt in aluum demittebãtur eadem prorſus eijcerentur, ſed & medicamenta quoque tam nihil ex ipſa aluo deponerent, vt iter hinc inde clauſum crederes: Tandem cucurbitula vmbilico affixa (ſolet enim huiuſmodi malũ tali præſidio nonnunquã minui ac leuari) ſoluta eſt vmbilici ipſius vnitas: indéq; ſpiritus craſſior erumpens, & cucurbitulam ipſam diſiecit, & hominem omni amoto dolore priſtinæ ſanitati reſtituit.

¶Eleuatio ſtomachi. XL.

ANnum ſextũdecimũ agẽti Petri Guicciardini filio, ita ceruix vẽtriculi ſine vllo doloris ſenſu eleuabatur, vt magnitudinem pomi cydonei æquaret: nec manifeſta cauſa oſtendebatur, cũ omni nocumento careret. Quare rem admodum diligenter veſtigare cœpi, admiratus quænam abditæ huius mali cauſæ eſſe poſſent. Sed cum nullam prorſus pręter ventum inuenirem, à quo ventriculi capite paulatim eleuato, ita eiuſcemodi fieret tumor, vt & oſſa etiã talem ſitũ adepta, nec vltra ad priſtinum ſtatũ reuerſa, figuram iam illis impreſſam tanquam naturalem cuſtodirent, ferrea demum lamina, quæ ex cingulo quoq; ſurgebat ferreo, ſtomachum comprimi iubeo, quo paulatim ad ſedem ſuam retrocedere cogeretur, quod factũ eſt: nam haud multò pòſt hoc vno tãtùm pręſidio ita repreſſus eſt tumor ille, vt ad priſtinam ac naturalem formam ipſius ventriculi ceruix penitus reuerſa ſit.

¶Menſes vomitione proiecti. XLI.

VRgebatur mulier acerbiſſimo capitis dolore, propterea quòd menſtrua non prouenirent: verùm his demum vomitione propulſis ilico ſublatus eſt dolor. Sed cum id iterum iterum'q; ac ſæpius factitaſſet, abhorrens tandem mulier ab huiuſcemodi vitio, auxilium noſtrũ expoſcit: qui ſola ſanguinis miſſione ex venula quæ ſub talo eſt, & menſtrua ipſa ex naturali loco rite profluere coegimus, & quod ſequẽs eſt, mulierem ipſam priſtinę ſanitati reſtituimus.

¶Cordis pars patefacta. XLII.

INciſo abceſſu, qui ſupra ſeptimam vertebram innatũ longo temporis interuallo ſinũ fecerat, intimam'que membranam ſua ſanie prorſus eroſerat, minima ipſius cordis pars oculis cernentium patefacta eſt. Verùm cũ hominem ſumma & diligẽtia & ſolicitudine curaremus, in priſtinam redactus eſt ſanitatem.

¶Pure per vrinam deducto ſanatus eſt pleureticus. XLIII.

ORitur ſæpe in lateribus morbus, qui πλευριτικὸς à Græcis nominatur: huic tuſſis & febris accedit, & excreatur cum pituita ſanguis, graue profectò ac penè intolerabile malum. Hoc cũ affligeretur Antonius quidam, & morbus iam ad maturitatem perueniſſet, euacuato per vrinam pure, quod rarò cõtingere ſolet, penitus ſanatus eſt ęger.

¶Ex tabe ſanata ſola ſanguinis miſſione. XLIIII.

ANno integro remorantibus menſtruis mulier ad ſummam deducta eſt maciem: & venæ eius ob nimiam plenitudinem nigriores factę, admodum extendebantur. Cum'q; nullũ cibi genus deſideraret, conſequẽs fuit, vt totũ tabeſceret corpus. Quare præſentaneũ auxilium iudicauimus ſanguinem mittere: qui cũ primo die nigrior effluxiſſet, iubeo & altero idipſum fieri. Quo longè clariore emanante, factum eſt vt profluentibus dein menſibus, mulier quę per annũ macie & tabe afficiebatur, idoneis tandem medicamentis reſumpta ad priſtinam facilè redierit valitudinem.

¶Fluxus ſola oratione ſanatus. XLV.

ACcidit interdũ ventrem fluere: & ſi diu negligas, difficilior plerunq; fit eius curatio: quin & nonnunquam impoſſibilis. Quod & nos nuper experti ſumus. Iohannina Bencia affinis mea, mulier quidem & animo & genere nobilis, cũ diu ventrẽ fluere permiſiſſet, eò tandem deuenit, vt nullis medicamentis, nullis auxilijs, nullis etiam balneis eiuſmodi fluxus ſiſti potuerit: augente interim hoc malũ iugi & inuincibili humore, qui ex eius infirmo alioquin & imbecillo capite in ventriculum diſtillabat. Et licet interdũ conualeſcere videretur, haud multo tamen pòſt reuertebatur id malũ, & quidẽ priore deterius. Quare omni ſpe medicæ artis depoſita, Fratrem Dominicũ Piſciẽſem ordinis prædicatorum, de quo etiam ſuprà mentionem fecimus, adit: morbũ quo tenetur exponit: ſe omni humano auxilio deſtitutã affirmat: lachrymis & precibus orat, vt laboranti ſibi ſua & fide & oratione opem ferat: quod cũ ille ſe facturum pro viribus annuiſſet, admota manu mulieris caput cõprimit. Tũ fuſa oratione ac ſigno Crucis ibidẽ impreſſo, abire iubet. Reuerſa domum cum eo ipſo atq; item altero die vẽter nihil ex conſuetudine pręterq̃ ſanum redderet, me conuenit, rem ordine narrat, ſéque penitus liberam affirmat. Quod etſi Deo, cui poſſibilia ſunt omnia, factu facilimum ſcirẽ, verebar tamẽ ne quod habebat in votis mulier, id iam ſe adeptam perſuaderet: cum nihilominus morbus ipſe paulò pòſt vel etiã deterior reuerſurus eſſet. Sed cum iam tertius peragatur annus ex quo fluxus ipſe ſuppreſſus eſt, nec vlla interim appareat regreſſionis nota, ĩgenuè & fatemur & predicamus hoc ſolo nutu Dei per fidem & orationem ſanctiſſimi illius viri factum fuiſſe, ad laudem & gloriã nominis ſui, quod eſt benedictum in ſæcula.

Gelatus in comitialem incidit morbum. XLVI.

HIeronymus Bencius, cum è diui Laurentij æde, vbi declamãtis ad populũ concionem audierat, domũ ſeſe recepiſſet: & reſerato hoſtio ad cubiculũ vſq;, in quo vxor ex partu languens iacebat, aſcẽdiſſet, immotus ibidem & inconniuis oculis ſtetit. Quem cũ vxor diutius intuita rogaſſet tandem quid ageret: & ille nihiloſecius expergiſceretur, accerſitis famulis in eodem quo illa iacebat cubili, coniugem locari iubet. Qui vbi tãdẽ ſenſum recepit, nihil eorũ quę ipſe interim egerat, recordabatur. Quare conuocatis medicis, quibus & ipſe interfui, plurimo ſermone quæſitũ eſt, an ille toto eo tempore obdormierit, vt accidit multis: qui ea perſæpe dormientes faciunt, quę munia ſolũ videntur eſſe vigilantium: an alio quopiam morbo laborauerit. Ac tandem conuenimus illũ eo tempore non dormiſſe: ſed rigidũ potius vel attonitũ aut gelatum fuiſſe. Quã quidem ſententiam etiam ſubſequens malũ manifeſtiſſimè comprobauit: cũ paulò pôſt in comitialem inciderit morbum: quo nullis prorſus conferentibus auxilijs multos iam annos miſerabiliter cadit.

¶ Amiſſa atq; iterum recuperata memoria. XLVII.

EX præterito morbo cõualeſcens Antonius quidam Senẽſis, quęcunq; memoria fixa tenuerat ita prorſus oblitus eſt, vt ne rerũ quidem nomina reminiſceretur. Dũmq; Florentiæ eſſet, Senis ſe eſſe putabat. Sed ne amicos quidem ab inimicis diſcernebat: quos etiam immutatis nominibus vocitabat. Quare eo velut prorſus amenti, atq; deliro naturæ dimiſſo, cũ vigeſimo iam die hoc malo angeretur, cœpit venter fluere, varia'q; & diuerſa ſtrigmenta, ſanguinem, bilem viridem, muccoſas'que deiectiones deponere. Quo factũ vt mens ſimul & memoria redirent, licet nihil eorum quæ ipſe interim geſſerat, recordaretur.

¶ Ex diſtenſione neruorum mors ſubſequuta. XLVIII.

MIttere ſanguinem vt expeditiſſimũ perito eſt, ſic ignaro periculoſiſſimum. Iuuenem vidimus cui cum ex brachio ſanguis mitteretur, & neruum ſcalpellum attigiſſet, ſtatim ſequuta neruorum diſtenſio: quæ hominem ita crudeliter afflictauit, vt paucis etiam diebus laboranti illi vitam eripuerit.

¶ Ex inciſa arteria ferè mortuus. XLIX.

ORta, vt aſſolet, inter commenſales lite, cum quidam è conuiuis arreptum calicem in Alfonſi Hiſpani familiaris noſtri faciem proieciſſet, & inciſa arteria ac cute dilacerata ſanguis copioſior erumperet, multa quidem ſed fruſtra adhibita ſunt medicamenta: cũ ea ſit arteriæ ipſius conditio, vt inciſa coire aut ſaneſcere citra vſtionem nõ poſſit. Quare cũ ſanguis ipſe eò ſemper vehementius proflueret, quò plura experirentur auxilia: & homo iam venis exhauſtis prorſus deficeret, ad me tandem

mittunt

mittunt rogantes, vt ſi fieri poſſit, amicum à morte præripiam. Venio igitur ad eum, vulnus inſpicio, virtutem probo, nullum ſupereſſe præſidium iudico, pręter vſtionem ſolam: quare ea qua potui diligētia inciſam arteriā candenti ferro inuro, & ſtatim ſuppreſſus eſt ſanguis, quo inhibito, reliquū curæ facilem ſatis & expeditum habuit ad ſanitatem regreſſum.

¶Mulier ex copioſa ſanguinis miſſione emortua. L.

QVidam noſtri ſæculi medicus philoſophiæ magis q̃ medicæ artis peritus, cū vxorem Iacobi Pactij equitis Florētini curaret, quę duabus tertianis vexabatur, mittere ſanguinem vtiliſſimū iudicauit, quod & ego, cui ſimul cum illo cura demandata erat, penitus non improbabam: cū bilis ſanguini mixta videretur. Sed & multa tamen pituita exuberabat. Igitur venam incidendam quidem cenſui: ſed tentandi gratia, vt ſcilicet colorem ſanguinis habitū'q; diſcerneremus. Qui ſi craſſus & niger eſſet, tanq̃ vitioſus largius effunderetur: ſin contrà ruber & pellucens, tanq̃ integer ſeruaretur. Inciſa igitur vena ſanguis effluxit rubicundior. Quare dimiſſo iam caliculo, ſupprimendū cenſui: ille cōtrà deducendum. Verùm cum eſſet ipſe ætate prouectior, eius magis ſententiæ inhærentibus coniuge & propinquis, ad duas ſanè libras ſanguinis miſerunt æquè lucidi ac rubri. Quare cura omni ſeniori illi relicta protinus diſcedo, palam affirmans atq; conteſtans iugulatam eſſe mulierem: quod & paulopoſt rei euentus facilè comprobauit, cum paucis admodum diebus mulier ipſa defectis iam viribus, ac voce penitus exhauſta in ſomnū inciderit grauiorem: ex quo tandem mors ſubſequuta eſt, ob nimiam ſcilicet humorum cruditatem: quę ex ingenti ſanguinis profuſione contingere ſolet. Quare debet ſemper medicus ſi diligens ſit, in omni ſanguinis miſſione conſiderare vtrū craſſus & niger: an contrà ruber & pellucidus ſit. Quòd ſi niger & craſſus, vt vitioſum effundi: ſin contrà ruber & pellucidus, vt integrū ſupprimi iubere: tantum enim abeſt vt eiuſmodi ſanguinis rubri ſcilicet atq; pellucidi miſſio proſit, vt etiam plurimū ſemper obſit. Sed excidit homini documētum filij ſeni: quo in miſſione ſanguinis cū bilis accenſionem, tum & pituitæ cruditatem plurimum cauendam cenſuit.

¶Epoto veratro iugulatus. LI.

LAboranti cuidam Zenobio nomine quartana, imperitus quidam medicus veratrū, quod inter cætera medicamenta periculoſiſſimū eſt, temere propinauit. Ex quo ſtatim ſubſequuta eſt cū crebra ac vehemens alui ductio, tum ſpiritus tam grauis ac difficilis attractio, vt cum me filij ad hominem iam in mortis articulo poſitū aduocaſſent, & nullis potuiſſet præſidijs tanto malo ſuccurri, intra ſex tantū horarum ſpatiū mors eū violenta è medio ſubtraxerit. Cauendum igitur eſt ne huiuſcemodi medicamenta, quæ veneni naturam habent, & ſtomachū cætera'q; mē=

bra

bra plurimũ lædunt, abſq; eo exhibeamus, quod nocumẽtum auferre poſſit: cum & aluum per ſe ſæpius ducant, & hominem non ſolùm infirment, ſed plerũq; etiam morti tradant.

¶ Vomitu ex albo veratro mors ſubſequuta. LII.

VOmitus vt interdũ ſanis vtilis, ſic aduerſa valetudine laborantibus nonnunq̃ neceſſarius. Verùm multum intereſt quo modo & quare fiat. Hoc autem officiũ diligentis medici eſſe debet. Nam cum quidã medicę artis imperitus albo veratro vomitũ ciere ſolitus, omne genus morbi tali præſidio ſeſe curaturũ polliceretur, accidit fortè vt in manus eius inciderit quidam, qui duobus iam annis ventriculi vitio laboraret, nec vllis vnq̃ medicamentis ſanari potuerit: vtpote quod cũ ſuapte natura difficilè ſit, difficilimũ etiã redditur in corpore infirmo atq; imbecillo, pręſertim vbi licẽtiori quadam libertate vtatur æger. Albũ igitur & huic veratrũ, ex more exhibente illo, plurimùm bilis ac pituitæ, tum nigrã bilem, poſtremò ſanguinem eiecit: quibus ita deductis, imbecillitas primò & quidem magna, tum ſudor frigidus toto capite ac thorace emanans, nouiſſimè & mors ſubſequuta eſt. Non igitur ignorare diligens medicus debet huiuſcemodi medicamentũ non ſemper ęgris prodeſſe: ſanis verò ſemper obeſſe: nam vbi robuſtum corpus nactus fueris, & vẽtriculus ſit potens, morbúsq; longior ac difficilis, vt comitialis & inſania, aut pares his, tunc albũ veratrũ rite ac citra medici culpam exhibi poteſt.

¶ Repreſſo ſudore ſanatus. LIII.

CVm haud poſtremæ notæ Medicus nobilem quẽdam ciuem curaret, & febribus malè hominem habentibus, vniuerſum corpus in ſudorem reſolueretur, vires'q; omnes ita deficerent, vt cognati plurimũ de ſalute eius addubitarẽt, me aduocant, ægrũ oſtẽdũt, curam enarrant. Inſpiciens itaq; hominem, oculos admodum graues ac pallorem faciei intueor: quin & intima eius præcordia calore vehementi affici aduerto. Quare ſudorem inæqualem, qui finiri non poterat, ſtatim amotis veſtibus, quibus ille de præcepto medici tegebatur, vt incongruũ & inutilẽ ſupprimere nitimur: præſertim ꝙ eo vires ęgri penitus conuelli videbãtur: tum corpus euentari ægrũ'q; etiam frigidioribus potionibus vti iubeo: donec ſudor, quem medicus ille omni ſtudio ciebat, prorſus ſupprimeretur. Quod vbi factũ eſt, immutari ſtatim videas ægri faciem, vires redire, calorem reprimi, febrem remitti, ac non multo pòſt hominem ad priſtinam ſanitatem reuerti.

¶ Peſtilenti febre arreptus. LIIII.

PHilippus Stroza & nobilitate generis & opũ affluẽtia inſignis, lẽta quadam febricula laborabat: & ex medicis, qui ægrum viderãt, alij quotidianam ſed leuem, alij ob algorem contractam febrẽ putabant:

tabant:nec defuit qui crederet à capite diſtillaſſe materiam,quæ putreſcē/tem febriculam gigneret. At nos cū eam ipſam diligentiori examine perpē deremus,peſtilentem iudicauimus: quam ſententiam deridētes medici,cū leuatam iam febrem exiſtimarent (latebat enim anguis in herba) familiari tantum medico curam dimittunt. At æger,qui iam conualuiſſe videbatur, aduentante die ſeptimo,in neruorū ſubitò reſolutionem & febrem incidit ardeſcentē:qua exhauſta voce & corporis viribus conuulſis,paucis etiā diebus mors ſubſequuta eſt. Magna igitur eſſe debet medicorum circūſpectio in cognoſcendis curandiſq; morbis:ne inſcitia (vt ſæpe fit) atq; indiligentia eorū ægri ipſi,qui ſeſe illis penitus tradūt atq; cōmittūt,periclitenť.

¶Claudus ex loco eminentiori cadens liberum recipit greſſum. LV.

NIcolaus architectus cū de eminenti turri præceps ruiſſet, tantum abfuit vt ex tam ingenti caſu incommodum aliquod reportarit, vt cum antea altero claudicaret pede,rectè deinceps ambulauerit.

¶Quin & puerum vidimus,qui peſtilenti morbo correptus curatuſq;,idē malum effugerit. Nam vbi prius adeò vtroq; pede claudicaret, vt niſi duobus fulcitus baculis omnino incedere non poſſet, curatus liberè id eſt ſine aliquo adminiculo incedebat.

¶Scorpione ictus glacie ſe opprimi querebatur. LVI.

FAmulum habui, qui ſcorpione ictus tanto ſubitò ac tam frigido ſudore toto corpore perfuſus eſt,vt algētiſſima niue atque glacie ſeſe opprimi quereretur. Verùm cum algēti illi ſolam thyriacam ex vino potentiori exhibuiſſem,ilico curatus eſt.

¶Fames valida. LVII.

CVm vniuerſam penè Italiam anno ſalutis nonageſimo ſexto ſupra milleſimum quadringenteſimū tam ingens ac valida fames affligeret, vt paſſim multi publicis in vijs atq; plateis deficerēt, multi etiam ex malis ac noxijs nutrimentis in varias inciderent ægritudines, vidimus ex his q̄plurimos qui ex diutina fame eſcam abundantiorem nacti fuerant,dum pleniori vtuntur victu,paucis diebus vitam finiſſe:adeò noxia atque pernitioſa eſt nimia ſatietas,quam multa præceſſit inedia. Mulieres quoque vidimus,quæ pueris quos lactarent infectis, & ſe & illos ad mortē deducerent. Plurimi tamen ex his qui ad valitudinariū deducebantur, medicorum cura & diligentia ad priſtinam reuertebantur ſanitatem.

¶Mulier ferè mortua ex ſanguinis miſſione. LVIII.

MVlierem vidimus,quæ cum pleniori & obeſo eſſet corpore,& in ardeſcentem incidiſſet febrem,vſa cuiuſdam imperiti medici cōſilio,ſanguinem ex vena copioſum emiſit. Quo ſtatim grauiter

afflictata

afflictata in multò deteriorem prolapſa eſt valetudinem. Nam vt in tenuioribus magis ſanguis, ita & in plenioribus magis caro abundat. Nos igitur cum ad mulierem vocati, eam ſummo in diſcrimine poſitam inueniremus, alias omnino obſeruationes adhibendas cenſuimus, eas videlicet, ad quas dirigi curantis conſilium debet. Quare defectam dudum virtutum omni genere auxilij reſumo, donec corporis viribus redeũtibus, materiam quam exuberare cognoueram, medicamento deponendam cenſeo: quod cum ex frigidioribus rebus ægrotãti exhibuiſſem, ilico extincta eſt febris, & mulier de cuius iam funere cogitabatur, per Dei gratiam rite curata conualuit.

¶ Ex quartana malè curata, ſanitas, tum & mors ſubſequuta. LIX.

Villicus meus annuam quartanam patiebatur, & cõſilio neſcio cuius empirici faſelum ex omphacino, & allia vſq; ad ſatietatem deuorãs, ad viginti inſuper vini meri calices ebibit, quo adeò inflatus eſt, vt è foco prope quem cœnauerat, amoueri penitus non poſſet. Quare ſtrato humi pallio quo induebatur, ibidem pernoctauit. Matutino autem aduentante tempore, diffuſus per omnia membra ſudor eſt, quo finito, vomitu quicquid comederat reiecit, & cũ eo pituitoſa excrementa quamplurima. Quo factum vt & quartana quoq;, qua ĩtegrum iam annum laborauerat, extruſa, valetudinem ſit cõſequutus, quam quidem rem validioris naturæ vi acceptam referendam arbitrati ſumus: nam amota iam cruditate, & humorum concoctione longiori ſpacio perfecta, natura quæ ſua pigritia torpebat, ab ignauia & torpore propulſa, contra morbũ & cauſas vires excitat, quibus tandem ſudore ipſo atq; vomitu, & morbum & errorem diſiecit. Quod profectò eadem febris comprobauit. Nam cum quatuor poſt ãnos hominem iterum inuaſiſſet, & ille putaret eodem poſſe ſe auxilio febrem tollere, quo olim fecerat, ſtatim hoc eſt inter morbi ipſius initia, dum ſcilicet cruda eſſet adhuc ipſa materia atq; incocta, pleniori vt tum victu & potione abũdantiori ex ijſdẽ quibus ſuprà rebus abuſus, ante ſolis ortũ eodẽ quo decubuerat loco mortuus inuentus eſt.

¶ Moleſta tuſſis ſola ſanguinis miſſione curata. LX.

Moleſta tuſſi afficiebatur puella quædam quintũ & decimum agens annũ, quæ tametſi per ſe grauis & formidabilis eſſet, eo tamen ſeſe medico formidabiliorem reddebat, quòd vnà ſæpius cum ea ſanguinem expuerat puella. Quamobrem cũ medici ipſi, quibus cura demandata erat, & hãc paulatĩ tabe cõſumptum iri, & nullis ſe poſſe auxilijs huic malo ſuccurrere viderent, eam tandem Deo & naturæ dimittunt. Verum pater (vt eſt amor) ne quid omnino intentatum relinqueret, me aduocat, puellam oſtendit, & quæ hactenus facta ſunt, plurimo ſermone enarrat.

CC At

At ego ſputũ primò colligi iubeo, quod vbi nullũ pus ſubſequi, & ſãguinẽ ipſum minimè etiã purulentũ inſpicerẽ, cœpi mecũ cogitare quænam huius vitij cauſa eſſet, & an ſanguis ipſe ex ore vel ex gingiuis, aut forte ex naribus efferretur: ſed cum ex his locis abſq; vlla profluat tuſſi, aliũde eũ emanare arbitratus ſum. Quæro igitur ſi is ex gutture, aut ex arterijs vlceratis vel ex pulmone potius, ſiue ex pectore, aut forte ex iecinore prorũperet: ſed cum nulla eſſent certa indicia, puellam interrogo an menſes illi profluant (ſolent enim fœminæ, quibus ſanguis per menſtrua non reſpondet, ſæpe eum aut cum tuſſi expuere, aut vomitione propellere) Sed negante illa, ſanguinem mittendum cenſeo ex venis, quæ ſub talo ſunt: idq; ſingulis menſibus faciendum donec iſto atq; item alijs auxilijs, quæ ſanguinem promouere conſueuerũt, & menſes ipſi rite profluere cœperunt, & puella quę iam macie & tabe confecta videretur, ſex tantùm menſium ſpacio vires & corpus reſumens, ad priſtinam adiuuante Deo reuerſa eſt ſanitatem.

¶ Difficultate ſpirandi mortuus. LXI.

MVltos difficultate ſpirandi laboraſſe cognouimus, ſed iter cæteros quendam, qui non niſi recta ceruice ſpiritum trahens, paulatim ex anguſtia deficiẽte virtute toto corpore pallidus ac liuẽs efficiebat̃: nullus tamen in pectore, nullus in præcordijs dolor erat: ſed nec ſibilus aliquis ob anguſtias, per quas ſpiritus euadit percipiebat̃: ex quo iudicare poſſes ægritudinẽ in pectore concipi. Verùm cũ paucos poſt dies inualeſcente morbo ipſo & nullis cõferentibus præſidijs, æger è vita migraſſet, incidere mortuum decernimus, vt huius mali abditas ac latentes cauſas deprehenderemus. Quod vbi factum eſt, inuenimus non parũ atræ bilis & ſanguinis nigrioris in eius corde coiſſe, vnde etiam per venas diffuſus, non eſt mirum ſi corrumpẽte eo ſpiritum, ipſum hominem ad feſtinam mortem deduxerit, quod etiam autore Galeno aliàs contigiſſe cognouimus.

Ex horrore flammæ in febrim incido. lxij.

IN Appiani Baſilica, cum adhuc eſſem admodum iuuenis, vnà cũ Peregrino Allio literis Græcis operam dabam ſub præceptore Franciſco Caſtilionenſi religioſo viro. Vbi cum ſemel è cubili ſummo diluculo conſurgens ędem ipſam ingrederer, vixq; limẽ tranſiliſſem, ecce video flammas ab imo pauimento iterum atque iterũ ſurſum ferri: horreſco, & pauens ac tremens curſim, vt poteram, cubile ipſum repeto. Me verò Peregrinus condiſcipulus meus, qui adhuc in lectulo quieſcebat, cum anhelantem & veluti lymphatum inſpiceret, rogat quidnam mali mihi contigerit: vix ego trahebam ſpiritum, rem tamen vt potui explico. Admiratus & ipſe, timere cœpit. Sed cum interim pręceptor noſter è cubili ſurrexiſſet, hominẽ conuenimus, rẽ exponimus, cauſam quærimus.

Ille verò, vt erat vir doctus & in philoſophia ſatis eruditus, vapores, īquit, ex cadaueribus mortuorum eleuātur, qui calidiſſimum hunc aerem nacti (id enim accidit in ipſo mēſe Iulij) facilè inflammantur, quod & nos etiam ſæpius vidimus, ac propterea nihil vobis pertimeſcendum eſt. Hoc etſi ego autoritate viri ſuaſus verum iudico, ex præcedenti nihilominus timore, ex quo ſpiritus ipſi cateruatim verſus cor regredientes inflammati ſunt, in eā quam Græci ἐφημέρων vocant, febrem incidi.

¶ Puer horrore mortuus. LXIII.

PVerum nouimus, qui dum rure paterno degeret, ſingulíſque diebus ad vicinum ſacerdotem ſtudendi cauſa, vt fit, ſummo manè mitteretur à patre, accidit ſemel vt propè iam intranti illi ſacerdotis ipſius ædes, eſſetq; cœlum paululum adhuc ſubobſcurum, præſtò fuerint duo viri nigris veſtibus obuoluti, quibus adeò perterritus eſt puer, vt toto corpore contremiſcens altaq; voce auxilium clamitans, in admirabilē ſanè ægritudinem, ac demum in mortem inciderit. Nam ſtato tempore, id eſt octauoquoq; die & eadem ferme hora in eundem ſemper horrorem atq; clamorem proruebat, donec tabe conſumptus, vitam quæ nullis præſidijs contineri potuit, miſerabiliter finiuit.

¶ Tuſſi ſciſſa eſt tunica inteſtinorum. LXIIII.

TVſſi valida vrgebatur puer ſextum agens annū, dúmq; vehementius tuſſiret, ſciſſa eſt tunica, quæ diducere ab īferioribus partibus inteſtina debet: & in ſcrotum, Græci ὄσχεον vocant, inteſtina deuoluta, herniam fecerūt, qua & in hunc vſq; diem laborat. Tanta enim fuit ſciſſura, vt nec coire hactenus vllis potuerit medicamentis, nec etiam in futurum niſi ſola vſtione coibit.

¶ Ictus in cordis tunica conualuit. LXV.

EX nobili familia nati fratres duo, eadem etiam cohabitantes domo, atq; eodē victu viuentes, dum inter cœnandum orta (vt fit) inter eos lite, alter alterum gladio quo in mēſa vteretur in ipſius cordis ſede percuſſiſſet, plurimúſq; ex vulnere ſāguis efferretur, langueſcunt ilico venæ, pallet facies, ſudor frigidus toto corpore manat, arteriæ non eleuantur, omniaq; demū mortis ſigna apparent. Verùm ne nihil omnino agerem, iubeo hominē his rebus foueri, quibus cordis vires refici poſſint: cúmq; æger vſq; ad mediam noctem eodē ſeſe habitu haberet, & de eius potius funere quàm de vita cogitaretur, cœpit paulatim ſpiritus reuerti. Quare ſumpta ſpe curā proſequor, donec alijs atq; item alijs præſidiis vſus, hominem tandē, Deo adiuuāte, ad priſtinam ſanitatem reduco: ex quo planè cognouimus non ictū cor, vt putabamus, ſed eius tantùm tunicam leuiter fuiſſe perſtrictam.

¶ Vitium ſtomachi curatum. LXVI.

INter ſtomachi vitia vulgatiſſimum eſt reſolutio, quæ vel calidiori, aut frigidiori, humidiorive, vel etiam ſicciori habitu plerūq; ſolet accidere. Nobilis quidam vir Ioannes nomine ciuis Neapolitanus, cum diu eiuſcemodi vitio laboraſſet, & ex medicis noſtri ſæculi plurimi hominem curandum ſuſcepiſſent, nullum tamen inuenire auxilium idoneum potuit. Quare cum Florentiam demū veniens me conueniſſet, & quæ hactenus ex medicorum conſilio huic vitio adhibuiſſet, ordine enarraſſet, ex his quibus vſus eſt præſidijs facilè cognouimus exiſtimaſſe medicos omnes eum malo habitu frigido laborare. Nos verò & pręcedenti curatione & alijs haud ſanè obſcuris indicijs, longè aliter ſentientes, calidiori habitu eius affici ventriculum arbitrati ſumus. Quare ad ea auxilia conuerſi, quæ aridum iam ac tabe penè conſumptum corpus deſiderare videbantur, primo die ſolas lactuculas ex aceto & oleo cōmanducare præcipimus, quas cū vtiles ſtomacho atq; idoneas percepiſſet, iubeo dimittat balneum, frictiones, exercitationes, pręſertim ſuperiorum partium, vnctiones omnes & cibos calidiores, quibus hactenus vſus fuerat, & ad frigidos potius ac difficilioris concoctionis ſeſe conuertat. Vnde & veruecem magis quàm auem aut venationē vel piſcem, niſi ſit generis durioris, in hac ſua ægritudine conlaudo. Potui quoq; aptiſſimum illi vinum frigidum & auſterum, ineptiſſimum calidum & craſſum eſſe pronūcio. Quibus cum ille auſcultaſſet, ac diligentiſſimè ea exequutus fuiſſet, hoc tantùm genere victus & frigidioribus medicamentis vſus, infra duos menſes priſtinam recuperauit ſanitatem.

¶ Melicera pro carbūculo iudicata. LXVII.

VLcere ſubalbido furūculo ſimile, quod Græci eo ꝙ faui ſpeciē habeat μελίκηρον vocant, vir quidam nomine Paulus laborabat. Id aūt cum febrem & inflammationem ingētem excitaſſet, medicū quidem ſed qui per imperitiā vlceris ipſius naturā minimè calleret, accerſit. Eo aūt iudicāte vlcus ipſum peſtilens eſſe (venit enim cū dolore vehemēti habénsq; foramina per q̄ fertur, humor glutinoſus vix matureſcit) ſimul omnes cū conſulente medico aufugiūt, vni tantùm viro ægri curam commendantes. Quo factū, vt deſperatis penè rebus ad me mitteret, rogarétq; aliquod pereūti illi auxilium ferrem. Sciſcitor itaq; nuncium vlceris naturam, & an increſcat ægritudo vel deficiat virtus, aut fortè eo loco peſtilentes ſint febres. Refert vlcus non nigrū, non lucens, nō pallidum eſſe, febrē lentam & penè leuatam, ſana omnia in regione illa. Accedo igitur ad hominem: cum'q; contrà hilari vultu reſediſſem, faciem primò oculos'q; ſano ſimiles intueor. Tum arteriam tangens, pleniorem quoq; reperio. Quare ſanitatem pollicitus vlcus detego, & omni ſublato timore familiam reuocās curam aggredior, quæ licet difficilis admodum fuerit, ad integram tamen ſanitatem æger ille per Dei gratiam reuerſus eſt.

¶ Inciſus coles ſanari nequiuit. LXVIII.

MEdium ſibi colem lino & quidem arctè deligauerat puer inſcijs parentibus, eo'que tam diu vinctus fuit, donec plagæ altitudo ad iter vrinæ aſcenderet duobus locis: quibus & quòd vrina ipſa inde mitteretur, & quòd vtrinq; oræ obcalluerint, coire vlcus atq; conglutinari nullis vnquam remedijs potuit. ¶ Monachū etiam iiſdem fermè temporibus vidimus atq; curauimus, qui ob zelum caſtitatis ſed indiſcretum tamen ac minimè ſecūdum Dei rationabile obſequium, colem ſibi & quidem pubetenus prorſus abſciderat: ex quo cum ſanguis copioſus efflueret, ac propterea medicamēta omnia vinceret & exuperaret, arduum ſanè ac laborioſum fuit eiuſmodi profluuium ſiſtere atq; inhibere. Oportuit enim ſingulas venas, quæ ſanguinem fundebant apprehendere, atq; ita deligare, vt ora pręcluſa coirent. Quo facto reliquum curæ genus haud admodum difficile fuit, donec vulnus ritè curatum penitus ſaneſceret.

¶ Qui ex nimia plenitudine mori videretur, ſola ſanguinis miſſione ſanatur. LXIX.

PLurimum in morbis iudicandis tribuūt venarum pulſui, qui ſi imbecilli exiguique fuerint, mortem plerunque denunciant: ſin contrà magni & pleniores, ſalutis ſpem afferunt. Nos tamen Philippum quendam vidimus, hominem ſanè ebrioſum & corpulentum, cuius pulſus, dum languēs in lecto iaceret, ita paruus & exilis erat, vt cum à medico percipi vix poſſet, facilè crederes mortem inſtare, ni facies rubicūdior, oculi, dentes & venæ pleniores iudicio prudētis medici obſtitiſſent. Quare tanti mali cauſam diligentius perquirens, iudico id ob nimiam ſaturitatē ſanguiniſque abundantiam fieri, nullúmque oportunius adhiberi poſſe auxiliū, quàm ſanguinis ipſius celerrimam miſſionem. Sed obſtabant cognati atque amici, verentes ne huiuſcemodi præſidium hominem celerius occideret. Inſtanti tamen mihi ac certam, ſi id fieri permitterent, ſalutem pollicenti, tandem acquieuerunt. Quare accerſito ſtatim miniſtro ſanguis mittitur. Nec mora, pulſus ſimul & vires tam celeriter redeunt, vt feſtinantior affuerit ipſa ſanitas, quàm mors quæ pro foribus excubare viſa eſt, affutura crederetur.

¶ Abſceſſus ſola thyriaca apertus. LXX.

PVerulus thoracis abſceſſu laborabat, & cum condita & matura iā ſuppuratio eſſet, timerétque ille vlcus mucrone diſcidi, thyriacam ſuperpono, qua nō ſecus vnius tantùm noctis ſpacio abſceſſus ipſe apertus eſt, ac ſi ſcalpello fuiſſet iciſus, ex quo facilè cōiectari poteſt quāta ſit huius compoſiti vis: quod & nos ſæpe aliàs experti ſumus.

¶ Cācrenam mortem afferre ſi à digito pedis inceperit. lxxj.

QVi vlcere nigro, quod γάγγραιναν Gręci appellant, afficiūtur, ſi id à digito pedis inceperit, & patiens fuerit ſenex, vel ex his, quorum corpus mali habitus ſit, celerius moriuntur. Nouimus nos Cambinū, Carolum & Thomam ciues Florentinos, necnon & alios q̄plurimos huiuſcemodi affectos vitio paucis diebus vitā finiſſe. Incipit enim caro ipſa in vlcere paulatim nigreſcere vel liuēs fieri: quin & arida interim atq; ſicca, & cutis circumiacēs nigris impletur puſtulis: tum & quæ proxima eſt, amiſſo ſenſu liuet pallētq;. Nec prius ſerpere id malū deſinit, donec oſſa etiam inficiat: quòd ſi quicquid aridum eſt & proximum quoq; locum, vel vſq; ad ſanū prorſus exciderís, reuertitur tamen & ſerpit. Verùm cum aliæ corporis partes hoc malo afficiuntur, plærūq; ſanantur. In illiuſmodi aūt membris & calor eſt debilis & nerui inſunt plurimi, qui cum inficiuntur, facilè etiam circūiacentia loca inurunt. Vnde & proxima his ſtatim liuent, donec totū membrū miſerabiliter occupant atq; inficiūt.

¶ Ex carcinomate exagitato mors ſubſequuta. LXXII.

VEnit ad me Philippus quidam textor, cui in leua frontis parte tumor erat immobilis inæqualiſq;, ac furunculo perſimilis, qui etiā tangenti renitebatur. Et venæ, quæ circa locum erant, pallidæ quodāmodo ac liuore quodam ſuffuſæ, vltra decorum ītumuerāt. Cū'q; noſtrum de hac re perquiſiſſet iudicium, conſulo ne id malum quoquo modo tollere præſumat, ſed leuioribus tantùm medicamentis illi blandiatur. Diſceſſit, & cū in manus imperiti cuiuſdam medici incidiſſet, tota iam ītra menſem frōte & altero oculo eroſo, ad me reuertitur, ſciſcitās'q; an aliqua ſalutis ſuperſit ſpes, vtinam, inquit, conſulenti tibi fidē habuiſſem. Moneo igitur iterū hominē, ne vllis p̄terea vtatur medicamentis pręterq̄ blandis ac leuioribus. Quòd ſi aſperis & erodētibus vteretur, fore vt breui reliquū etiam ipſius faciei eroderetur. Audiuit tandem homo, & cum his tantùm, quæ nos illi ſecundum hāc intentionem parauimus, medicamentis ſemper vſus fuiſſet, vt ad decimum vſq; annum ſuperuixit, ita certè ſi id malum ex conſilio noſtro nunq̄ agitaſſet, ad vltimum ſenectutis perueniſſet.

¶ Ramice curatus interijt. lxxiij.

RAmice vexabatur Michelotius noſter, cúmque ſacerdoti cuidam, qui hāc artem profiteretur, ſeſe curandum tradidiſſet, duplici ſtatim ille faſcia inguen deuinxit, nō repulſo in ſuperiores parteis inteſtino. Dum'que membrum ipſum ita vt erat arctius obligatum ī octauū vſq; diem detinuiſſet, eſſētq; interim ingēs exorta inflammatio, quę hominem ea parte, qua faſcia deligabatur, miſerabiliter cruciaret, repente omnis amotus eſt dolor, & ipſe delirare cœpit. Quare cum ad ægrum ſerò quidē ſed tamen vocatus accederem, primò arteriam tango, cum'q; pulſum vix eleuari perciperem, & faciem inſpectans, eam nimio pallore ſuffuſam atq;

ipſos

ipſos etiam oculos cauos effectos aduerterem, iubeo ſacerdotem accerſant: tum faſcia illa ſoluta, locum vndiq; nigreſcentem cerno: cum'q; ſpecillum vlceri imponerem, omnia circũiacentia inteſtina iã putruiſſe cognoſco. Ex quo paucis horis è vita diſcedẽs, vtile nobis documentũ ſua morte reliquit, languentium ſcilicet corpora non ſacerdotibus, quibus tantùm animarum cura demandata eſt, ſed doctioribus medicis tradi oportere.

¶ Puella oculo perforato viſum recuperauit. LXXIIII.

QVatuor annos natam puellam vidimus, cui dũ ea nodum in panno ſoluere acuto gladio niteretur, reſiliens mucro oculũ dextrum percuſſit, quo perforata ipſius oculi tunica, plurimus ſtatim inde fluxit humor: quare & ſi viſum prorſus amiſerit, ipſum tamen haud multò pòſt rite curata recepit. Tanta enim ineſt vis tenellæ illi ætati, vt hũc ipſũ oculi humorem (quod ſæpe accidit) in integrum reficere poſſit.

¶ Iocinoris vitio laborans ſola ſanguinis miſſione ſanatur. LXXV.

IOcinoris vitio afficiebatur Antonius Brunelleſcus, ex quo cũ vehemẽs dolor à latere dextro in iugulũ humerũ'q; trãſmitteretur, & bilem quoque euomentem ægrum ſingultus etiam penè ſtrangularet, ad hominem vocatus accedo. Verùm cum huiuſcemodi vitij notę eædem ferè ſint, quæ & lateris abſceſſum indicãt, medicus cui primũ ęgri cura demandata fuerat, medicamentis & cataplaſmatis eius pectori medebatur. Sed cũ dolor & anguſtiæ magis magisq; hominẽ afflictarent, iubeo ſanguinẽ ex vena, quæ ad iecur dirigitur, ſtatim deduci: & quæ ille inſuper pectori adhibuerat medicamenta, iocinori ipſi impono, donec ęger ad ſanitatem reuertitur: quod paucis diebus factum eſt. Oportet igitur medicum non ſolum morbum cognoſcere, ſed & locum etiam in quo fit, diligentius perſcrutari.

¶ Sciſſo inteſtino graciliori vita amittitur. LXXVI.

TEnuioris inteſtini morbo, quem Græci ἴλεον vocant, vrgeri commune eſt: ſed vrgeri, vt ſic vitam tollat, inauditũ. Corpulenta quędam mulier, cum modò ſupra, modò infra vmbilicum intolerabili premeretur dolore, nec vllus hic inde ſpiritus erumperet, adeò agitata eſt vt ſciſſo tandem inteſtino vitam finierit: quod niſi inciſa mortua pluribus innotuiſſet, neſcio an citra mendacij ſuſpitionem à me ſcribi potuiſſet.

¶ Sed & ruſticũ nouimus, qui cum poſt longiores tortiones, & ventris diuturnas inflammationes diem obiſſet, & mortui incideretur corpus, longior in inteſtino fixura inuenta eſt: ex qua etiam recentes vuas, quas paulò antè comederat, prorupiſſe conſpeximus.

¶ Vermis ex pectore propulſus. lxxvij.

LAborabat Antonius Siculus moleſta quadam tuſſicula, & cũ diu nihil conferentibus auxilijs hoc malum toleraſſet, ad nos tandem venit: rem exponit: conſilium quærit. Nos verò & quòd morbus diutius inueteraſſet, & quòd multos expertus medicos, nihil omnino profeciſſet, putabamus hoc vitium ægrè elidi poſſe. Verùm ne quid intentatũ relinqueretur, marrubij ſuccum ex melle ægrũ deuorare iuſſimus ſingulis diebus: tum & interiectis tẽporibus ſcyllam lambere, donec vermis ex eius pectore vnà cum tuſſi propulſus, hominem ſanitati reſtituit.

¶Calculus vi ſua deciſus. lxxviij.

NIcolaus Ruſticus calculo vexabat̃, figura, vt poſtea conſpeximus, longiore: hic cum ab ima parte acutior & aſperior eſſet, veſicam ipſam incidit: tum & teſticulorũ tunica perfracta poſt multos ac penè intolerabiles dolores, tandem in conſpectum venit, quo haud magna poſtmodũ difficultate deducto, cũ multi hominem moriturũ, & quidem rectè iudicarẽt (neq; enim veſica cũ inciſa fuerit, præſertim inferiori parte, cohæret) ille tamen præter omniũ opinionem conualuit: hoc ſolùm ex tãto malo homini incõmodo relicto, quòd inde ſemper quoad vixit vrinam reddidit.

¶Os fœminis eroſum. lxxix.

VRgebatur Rogerij Corbinelli filia in ilibꝰ dextris dolore ferè perpetuo. Quare multis diuerſo tempore vocatis medicis, cũ vnuſquiſque pro ingenio ſuo (diuerſi enim diuerſa ſentiebãt) puellam curaſſent, & præſidia nihil omnino profeciſſent, è medio tandẽ ſublata eſt. Quare cõſiliũ fuit incidere corpus mortuę, & inuentũ eſt os fœminis eroſum, maximamq; oſſis partẽ in puluerẽ redactã: nec nõ & circa matricis os quatuor quaſi lutei tuberculi inſtar pilæ, quorũ tres aqua opplebãtur, quartus paululũ præ cæteris eleuabatur vndiq; dentatus & ſuperficie inæqualis atq; durior, vtpote qui ex carne atraq; bile genitus eſſet. Non igitur admodũ mirandũ eſt, ſi in eiuſmodi morbis, quorũ cauſæ incertæ abditæq; ſunt, diuerſi medici diuerſa ſentiant & loquantur. Nam & Antonij Iacceti filiũ nouimus, qui cũ ingenti coxarũ dolore vexatus in maximam primũ debilitatem, tum & in mortem nihil iuuantibus medicis nihilq; conferẽtibus pręſidijs deueniſſet, inciſo corpore inuentus eſt peſtifer humor in coxa, quo magna pars oſſis eroſa, etiam in cinerem verſa videbatur.

¶Calculo euulſo ſanata eſt mulier lxxx.

CAlculũ non in viris tantũ ſed etiam in fœminis concreſcere certum eſt. Monialis quędã duodecimo iã die vrinã non reddebat, propterea quòd ipſius vrinæ iter calculo obſtrueretur, quò etiã materia multa confluxerat. Quare cũ neq; ænea fiſtula neque medicamentis alijs vinci hoc malũ poſſet, inſolitũ alioquin ſed tamẽ oportunũ conſiliũ capiẽs, vncum calculo inijcio, ne ſcilicet concuſſus iterum in

veſicam

veſicam reuolueretur. Tum ferramento priori parte retuſo calculū ipſum percutio, donec ſæpius ictus in fruſta comminuitur, & tunc omni qua potui diligētia ne quid intus omnino læderetur, vncū ipſum pariter ac ferramentum reduco, ex quo ſimul vrina atq; calculis remiſſis ſtatim ſanata eſt mulier.

¶ Ex ſolo vento mors ſubſequuta. lxxxi.

LOdouicū Nicolinū generoſi equitis Othonis filium vidimus, qui cū ſolo vento viſcera & ſtomachū impetente adeò in monoculo afflictaretur, vt dum pars parte premitur exitu hinc inde negato, non ſolū viſcera & pectus ſed ſcapulæ etiam incredibili extenderentur dolore, & ſpiritus magna ac miſerabilis fieret anguſtia, tertio denique die nihil conferētibus auxiliis è vita migrauit. Inciſo autem eius cadauere & viſcera omnia vento plena conſpeximus, & in ſiniſtro cordis ventriculo obduratū callum inuenimus, qui nucis magnitudinem æquaret. Quare vt illū hoc eſt ventum mortis ipſius, ita hunc ſcilicet callū aduerſæ hominis valitudinis cauſam fuiſſe arbitrati ſumus.

¶ Brachium ab humero diductum. LXXXII.

COhærere interdū membra exulcerata vel protinus in vtero, aut etiam vſtione conſueuerūt. Nos autem puellam vidimus & curauimus, cuius totū brachiū feruentiſſimæ aquæ effuſione humero cohęſerat. Cū'q; nemo ex prudentioribus medicis inueniretur, qui puellam curare auderet (periculū enim erat, ne dū membra ipſa ſcalpello diſcernerentur, neruus incideretur, & ſanguis immodicus proflueret) ego ſolus vt eram iuuenis hanc curam aggreſſus, paulatim cicatricem ipſam ſcalpello diſcindo, ſanguinem ſupprimēs, donec ad cubiti iuncturā, vbi neruus eſt, deuenio: tū ſeparatim vtrūq; molliori emplaſtro circundo, & quoniam extendere brachium nō poterat, iubeo vt grauiori pōdere ſumpto, manu id perferat, donec paulatim extendatur. Quod cum ipſa diuturnioris temporis ſpatio obſeruaſſet, ad priſtinum tandem ſtatum reuerſum eſt brachium ipſum, ſola gratia & munere illius, qui eſt benedictus in ſæcula.

¶ Cor pilis refertum. LXXXIII.

IAcobus latro è patibulo quo ſuſpenſus fuerat, veluti iam mortuus, ſed qui tamen adhuc viueret, depoſitus atq; curatus, cōualuit. Verum, vt erat homo ingenio malo prauo'q;, ad eadem ſtatim ſcelera reuolutus quibus antea extemum promeruerat ſupplicium, iterum capitur atq; ſuſpenditur. Quare hominis admirati nequitiam, mortui cadauer incidendum curauimus, & inuentum eſt cor eius ob eximiam caliditatem vndiq; pilis refertum. Hoc idē inuentum eſt in corde Ariſtomenis Græci, qui ſolus perhibetur integras acies pugnando in fugā vertiſſe. Eſt ergo non tātùm ſceleſti ingenii ſignum, ſed quandoq; etiam raræ fortitudinis.

Ex

¶Ex ſtata febre vita ſublata. LXXXIIII.

IOhannes architectus ſingulis annis ſtato die, hoc eſt quo natus fuerat, febre implicabatur, quæ ex putreſcenti bile genita, ſuum circuitum ſeruans quartum & decimum nō trāſgrediebatur diem. Donec ſenio confectus & eadem ex more complicitus febre, natali ſuo die vi morbi proſtratus, naturæ conceſſit.

¶Multitudo vermium eiecta. LXXXV.

LAurentij lanij filium vidimus, qui ſeptimum agens annum, triduò ex nimia lūbricorum vi ferè mortuus iacuit, ſolo potu ex gramine, aceto & ſaccharo viuēs. Quarto autem die cum medicamēto ex aloe, myrrha & croco ei propinaretur, duodequinquaginta ſupra cētum vermibus aluo depoſitis, ſtatim conualuit.

¶Recrementa ex naturalibus deiecta. lxxxvj.

PVellam quoque vidimus, quæ clauſo ani meatu nata, octauo quoq; die recrementa ex naturalibus deijciebat. Cūmq; hoc implicita malo vſq; ad ſextumdecimum annum vitam duxiſſet, vi tandem morbi, quod ςροφὸν Græci vocant (id autem fit cum inteſtina circa vmbilicum torquentur) miſerabili cruciatu deiecta è medio ſublata eſt.

¶Vermes eiecti. lxxxvij.

IN Auinionis balneis, quæ ſunt in agro Senenſi, mulierem vidimus, quæ continuis ſeptem diebus aqua epota, q̄ plurimos tandem ex ijs, quos medici propterea quòd cucurbitæ ſemina imitantur, cucurbitinos vocant, vermes eiecit. Qui ita inter ſeſe, dum ſcilicet alter alteri mordicus inhærerent, iungebantur, vt cū ſua ipſi ſerie quatuor cubitorum longitudinem excederent, vnum tamen corpus, vnum dumtaxat vermem putares.

¶Fruſtulum carnis eiectum. lxxxviij.

ILlud etiam memoria dignum videtur: Mulier præfocata cum ab omnibus pro mortua haberetur, & de eius potius funere q̄ de vita cogitarent aſſiſtentes, paulatim quaſi grauiori ſomno excitata, in moleſtiſſimam incidit tuſſim, qua cum diu agitata eſſet, durioris tandem carnis fruſtulū eiecit, & ſanata eſt. ¶Sed & Iulianus medicæ artis profeſſus, dum grauiter ægrotaret, & aduenienti medico dolorem quo circa vētriculum miſerabiliter cruciabatur, exponeret, tangente illo (vt fit) ac manibus locum pertractāte, erupit in vomitum, quo & ipſe fruſtum carnis ad paruæ pilæ magnitudinem, in quo vermis nō ſecus ac brucus in ſiliqua recludebatur, eiectans, ad priſtinam ſtatim reuerſus eſt valitudinem.

¶Quæ inciſo mortuo notatu digna inuenta ſunt. lxxxix.

NOn videntur ſilentio eſſe prætereunda, quæ nuper in inciſo Iacobi cuiuſdam furis inſignis cadauere adnotauimus: bifurcatam ſcilicet

venam, quæ à liene ad ventriculũ atram defert bilem, tum & abſceſſum in ſiniſtro cordis ventre pituita redundantem: poſtremò & poſteriorem eius capitis partem, vbi memoriæ ſedes eſt, adeò breuem, vt tãtillã cerebri portiunculam contineret. Quam ob cauſam cũ priorum ſcelerũ, & eorũ, quæ pro his ſæpe paſſus fuerat tormẽta, ſcilicet exilia & carceres minimè recordaretur, toties ad vomitum tanq̃ canis impudẽs reuerſus eſt, vt in laqueum tandem inciderit, vitæ'que ac furti finem fecerit.

¶ Vrina ex alienis locis emanans. XC.

Contrahitur etiam ex matris vtero circa naturalia vitium, vt obſtructio meatus, ex quo fluere vrina ſolet. Vidimus enim & nos puerum quendam, atque puellam nobilem hoc vitio laborantes, quorũ alter cum adeò meatus ipſe clauſus obſtructus'q; eſſet, vt meiere inde non poſſet, ex anguſto admodũ foramine, quod paulum infra glandem vrina ipſa vi ſua effecerat, emingebat, ſed non abſq; ingenti eiulatu & genitalis membri tumore. Altera verò ex loco, qui eſt infrà pectinem paululũ ſupra vuluam vrinam reddebat, nullis interim apparẽtibus ſignis atq; indicijs, vnde ipſa naturaliter efferri debuerit. Hanc autem nos, cũ parentum rogatu curare tentauerimus, & nullũ huic malo idoneum inueniretur preſidium, ita vt erat incurata ad vltimũ ſuę vitę terminũ permãſit.

¶ Ex noxa illata neruis vox deperdita xcj.

Ruſticus quidam cum decliuiori capitis prora percuſſus recidiſſet, & alteram capitis ipſius partem oppoſitam ad terram, vt par fuit, elideret, ſurrexit quidem ſed mutus: id autem ſiue ex repercuſſione neruorũ, qui regrediuntur ex pectore, ſiue ex defluenti materia, quę neruos illos oppleuerit, tam incertum, q̃ certiſſimum ex hoc communicatam noxam neruis ipſis, qui vocem effingunt. Nam & Galenus facilè medicorũ princeps, in libro quem de interioribus ſcribit, affirmat fuiſſe hominẽ, qui dum glãdula illi abſcinderetur in collo, & ſcalpellum neruos ipſos, quibus vox effingitur, incideret, ilico factus eſt mutus.

¶ Lumbricis vexatus puer quieſcere non poterat. xcij.

Puerum vidimus & curauimus, qui cũ nullo modo quieſcere poſſet, ſed ita ſemper hinc inde temerario quodam impetu & inordinato motu ferretur, vt etiam ſtare volens iterum titubaret & caderet, quæſitum eſt à medicis quænam eſſet abdita cauſa huius mali, quod illi diſtentionem cum ſaltu putabant. Sed cum nullam prorſus aliam inuenirent q̃ timorem, in quem paucis antè diebus puer ipſe neſcio quam ob rem incidiſſe dicebatur, idoneis ſecundum hanc rationem medicamentis puetum curare cœperunt, quæ cũ nihil omnino proficerent & in noſtras tandem deueniſſet manus, deprehẽſa ſtatim morbi cauſa, quam ſolos lumbricos eſſe perſenſimus, vſq; adeo ad hoc malum propulſandum facilẽ & expeditum

peditũ aditum habuimus, vt hac ſola intentione curatus puer, ad priſtinam breuì regreſſus ſit valitudinem.

¶ Mulier ex lapſu vrinam continere non poterat. xciij.

VEnit ad me mulier quædam, quæ vrinam continere non poterat, cúmq; aliquod à nobis præſidium plurimis iam defatigatis medicis expoſceret, ĩterrogo an aliquam huius mali cauſam teneat. Negãte illa, iterũ quęro ceciderit ne, ex quo fortè ani ſedes eliſa fuerit, cũ'q; & ipſa fateretur oli ſe de ficu prolapſam, vltimã ſpinæ vertebrã eliſiſſe, nullo tamen inde ſenſibili percepto nocumento, & nos non fugeret oriri ex ea ipſa vertebra neruum, qui conſtringendi veſicam vim habet, huius ſtatim ęgritudinis cauſam deprehendimus. Attrito enim ex eius lapſu neruo ipſo, conſequens fuit vt relaxata veſica vrinam continere nõ poſſet, quod & ſæpe aliàs ex eadem cauſa accidiſſe cognouimus. Hoc igitur nos malo idoneis eliſo pręſidijs, mulierem ipſam per Dei gratiã priſtinę ſanitati reddimus.

¶ Calculus in tunica fellis. xciiij.

DEceſſit his dieb⁹ mulier nobilis Diamãtes nomine, dolore proſtrata calculi: ſed cum nullum antea ex eo percepiſſet nocumentũ. viſum eſt medicis mortuæ cadauer incidere, & reperti ſunt lapides q̃plurimi, non quidem vllus in veſica, vt putabatur, ſed præter vnũ, qui in tunica fellis coloris atri & magnitudine caſtaneæ aridæ continebatur, cæteri omnes in panniculo, qùo contegitur hepar, vnde etiam veluti in folliculo dependuli ſacculum effecerant. Hanc autem nos mortis cauſam rati, ſapientis viri conſilium eſſe duximus, nihil omnino de incertis & occultis morbis ſtatuere.

¶ Ex præcedentibus torminibus eroſi villi, quibus vis retinendi fulcitur. xcv.

INteſtinorum tormina, quod Græci δυσεντερίαν vocant, exulcerare inteſtina intus conſueuerunt, inde'que deſcendunt cruenta & muccoſa excrementa: cum'q; id malum diutius inueteraſcit, aut hominem tollit, aut (quod forſitan deterius eſt) nuſq̃ ſaneſcit. Nam & nos Iulianum quendam nouimus, qui cum poſt quadraginta dies, quibus hoc morbo vexatus eſt, ſublatis iam doloribus ac deijciendi cupiditate, eius aluus impendiò liquidior permanſiſſet, & ſæpius q̃ par fuerat ferretur, nullis vnq̃ auxilijs curari potuit, quin ſemper quoad vixit & impetũ ventris cohibere nequiret, & vbicũq; deijciendi cupiditas hominẽ vrgeret, ibidem excrementa deponeret, eroſis ſcilicet ex pręcedentibus torminibus atque conſumptis villis, quibus vis ipſa retinendi fulcitur.

¶ Ex ijſdem torminibus eroſa viſcera. xcvj.

VIdimus & alium natione Aretinum, qui cum ijs item torminibus diutius vexatus fuiſſet, ex ijſdem deniq; in erodentia ipſorum inte-

ſtinorum vlcera, tum in tabem, poſtremò in mortem incidens, eroſa intus viſcera oſtendebat, è quibus dum ita affectus ſuperuixit, vt triennium non excellerit, continuò ſanies effundebatur.

¶Morbus comitialis. XCVII.

ETſi notiſſimus iter cęteros morbos eſſe ſoleat, qui comitialis nominatur, ignotus tamen apud multos plęrūq; eſt, vt quē nuper in puella vidimus Aretina: quæ cum huiuſmodi inuaderetur morbo, minimè (vt aſſolet) concidebat, minimeq; ex eius ore ferebatur ſpuma. Sed ſtans caput tantùm hinc inde, ac ſi quid inſpicere vellet, tota cū ceruice mouebat, nihil interim loquens, nihil audiens, nihil ſentiens. Cúmq; iterum ad ſe reuerteretur, iterrogata quid egiſſet, penitus ignorabat. Cauſam autem perquirentibus nobis cur puella cum comitiali afficeretur morbo non concideret, viſum eſt ex hoc contingere, quòd contractio & tenſio ad cerebrū non ferretur, cum ſolus vapor ſurſum aſcenderet. Ex quo nullo rigore cerebrum ipſum intentum ab inordinatis motibus reliqua membra præſeruare poterat. Quòd autem puella ipſa hoc modo laboraſſet, & medici oēs quicunq; eam viderant, affirmabant, & rei euentus facilè comprobauit: cū prorumpentibus menſtruis hoc malum euaſerit. Nam vt quandoq; in pueris Venus, ita in puellis mēſtruorum initium huiuſmodi morbum tollere ſolet.

¶Elephantia. XCVIII.

LOngis morbis annumeratur is quem ἐλεφαντίαν Græci vocant: qui in Italia penè nunq̄ viſus à medicis, vix dignoſcitur. Peregrinum quendam vidimus in grabatulo iacentem, cuius ſumma corporis parte maculis quibuſdam ad atrum colorem vergentibus inficiebatur, & cutis inæqualiter aſpera craſſa'q;, & veluti ſquamis fœda ac liuens, diuerſis etiam locis mollis ac dura oſtendebatur: quin & oſſibus ipſis vt videbatur iam vitiatis, & vniuerſo corpore macie ac tabe cōfecto, ita ſurę ipſius os, pedes & manus intumuerāt, vt vtriuſque partis digiti ſub tumore ipſo conderentur. Quare cum ad hæc mala etiam febricula quædā adderetur, quæ hominem abſumeret, vnius tantùm menſis ſpatio è vita migrauit ad Dominum. Parcat igitur Auicenna, qui elephantiam tumorem pedum dixit: cum hæc non ſolum pedes, ſed vniuerſum corpus afficiat, & ſpecies lepræ ſit, quę apud noſtros nondum viſa, apud Paulum probè deſcripta notatur.

¶Ex calidiori materia caput impetente furit ac moritur puella. XCIX.

INſaniæ tria ſunt genera, & acutum quodlibet, vnum cum in acceſſione febris, aut in ſuo vigore deſipit æger, & aliena loquitur, ſed tamen leuata febre ſtatim reſipit. Alterum, quod Græci φρένιτιν vocāt, cui ſemper dementia comes eſt. Nam licet inter mor/

bi initia reſipere interdum videatur ęger, eius tamen mens quibuſdam ſemper imaginibus agitatur. Tertiū verò genus eſt lethale magis ac peſtiferū, cum ſcilicet æger ipſe non ſolum perpetuò deſipit, ſed & quæcūq; agit, impetu quodam & violento motu operatur. In huius autem generis lethalem inſaniam cum nobiliſſimi cuiuſdam viri filia ꝓlapſa malè ageretur, & nos ad eam intempeſtà nocte vocati accederemus, adeò furentem puellam inuenimus, vt dum hinc inde ſeſe violēto quodam impetu iactaret, quicquid interim obuium habebat, dentibus arriperet, frangeret,, laniaret. Ex quo proprios capillos, brachia & manus, & ſi quid præterea aliud arripere poterat, ita mordicus, nullo habito diſcrimine ſuū ne an alienū eſſet, apprehēdebat, vt niſi ſciſſum ac prorſus laceratū ex eius dentibus eripi non poſſet, adeò vt vinciri puellam oportuerit, ne ſibi aut alteri noceret. Verùm cū paucis poſt horis furor ille remitti cœpiſſet, in ſomnum īcidit grauiorem, quo (tametſi noſtris præſidijs, ſtudio & diligentiæ ægrè cederet) vix tandem excuſſo, ab inſania quoque puellam ipſam liberauimus. Sed vt eſt ingeniū mulierum, præſertim nobilium, cum ſanitate adepta nihil eorum quæ pro tuenda firmandaq́ue valitudine iniuncta fuerant, obſeruaſſet, & ſua viueret libertate, poſt integrum menſem quo priſtina vſa eſt valitudine, in eundem incidit morbum: à quo cum nullis vnquam auxilijs potuerit à medicis liberari, vnius tātùm diei ſpatio è medio ſublata eſt. Si quis autem huius morbi cauſam quærat, nos quantum cōiectare licuit, materiam credimus fuiſſe calidiorem, ſed paucam tamen: quæ cum caput peteret, ſuo & incendio & mobilitate puellam furentem redderet. Et quoniā caput ipſum frigidiori materia oppletum fuerat, hanc quoque, cum & ipſa vt creditur & par fuit exagitata fuiſſet, priori illa materia extincta ac reſoluta, ipſum denique profundiorem ſomnum puellæ feciſſe putamus.

¶ Vermis è nare proiectus C.

SOlet interdū acutus & peſtifer dolor in capite excitari, quē Gręci κεφαλαλγίαν vocāt, ſed talē, quo caligent oculi, alienetur mens, citetur vomitus, ſupprimatur vox, frigeſcat corpus, & ipſa deniq; deficiat anima, rarum eſt videre. Nam & nos amicum habuimus Philippū nomine, qui cum his omnibus ageretur malis, & aduentante die ſeptimo mors ipſa nullis conferētibus auxilijs iamiam adeſſe videretur, vi tandem robuſtioris naturæ vermem è dextra nare palmo longiorē eiecit, quo propulſo, omnis ſtatim cum eo amotus eſt languor.

¶ Spaſmo Cynico mortua mulier. CI.

CVm imperitus quidam medicus cuidam mulierculæ ex gena dextra tuberculū forunculo ſimile ſcalpello abſcidiſſet, nulla habita ratione neruorū ac venularū, quibus illud, cū ſemioui magnitudi

nem expleret,alligabatur,ilico ſubſequuta eſt īflammatio ac dolor, ex quo ſimul infœlix mulier in eũ incidit morbũ,quē Gręci κυνικὸν σπασμὸν vocant: quo dum miſellæ illi temerario quodam motu peruertitur os, & facies modò in dexteriorem,modò in ſiniſteriorem partem diſtēditur, ac totum denique corpus pallore quodam ſuffunditur,adeò afflictatur mulier,vt cum neque ſanguinis miſſione, neque alui ductu, neque vnctionibus vllis,neq; alio quouis genere auxilij hoc malum inhiberi poſſet, infra paucos admodum dies è vita migrauerit: hoc nobis ſuo ipſius infortunio documentum relinquens, vt cum ſcilicet oportuerit, non paſſim nos omnibus qui ſibi chirurgici nomen vſurpant, ſed his tantùm qui doctrina ſimul vſu & iudicio præualent,credamus.

¶Gelatus. cij.

POſt graueis diuturnos'q; labores,quibus per ingentia frigora turbido & pluuio cœlo, pérque flagrantiſſimos æſtus diu noctúque perequitans ſeſe fatigarat Antonius Collenſis, in difficiliorē tandem incidit ægritudinem:qua ſtatim vt corripiebatur (quod ſæpe homini contingebat) amiſſa ilico memoria ſenſúq;, eodem quo erat dũ ab ea inuaderetur habitu perſeuerabat,patentibus etiā & incōniuis oculis: ſi enim inter ambulandũ hoc illi cōtingebat malum, ambulabat:ſi inter quieſcendum,quieſcebat: ſin verò inter aliud quoduis agendum, tantiſper ipſum agebat,nihil interim audiens,nihil loquens, nihil cognoſcens,donec cedēte morbo ad ſe regrederetur,& tunc etiam nihil eorũ quæ egiſſet, reminiſcebatur. Ex medicis autem qui hominem viderit,alij s virtutem quæ diſcernit & vnit coniungitq;,læſam eſſe iudicantibus, eiúſq; noxam cæteris ventriculis iunctum iri volentibus,adeò vt memoria ex hoc & communis ſenſus intrinſecus paterentur, alijs aliter & quidem argutius & morbũ & cauſam explicare conantibus,nos hominem gelatum dicebamus:cũ huius morbi notæ, quæ per ſe ſatis eruditioribus eas veſtigare volentibus manifeſtæ ſunt,eiuſmodi detegerent ægritudinem. Fit autem id malũ ex nigriori bile poſtremũ ventrem cerebri impetenti,quę ſtatim memoriā tollens, ſua etiam ſiccitate cæteros ventres contrahit:quibus clauſis tollitur pariter ſenſus & motus, & quoniā frigidior eſt,hominem gelat: quibus verò medicamentis ad hunc morbũ profligandum vſi ſimus, propterea quòd eius cura notiſſima eſt,intexere ſuperfluum iudicauimus.

¶Tenſio neruorum ceruicis. ciiij.

GRauioribus morbis obnoxia ceruix eſt: ſed inter cæteros importunior acutior'que, qui rigore quodam neruorum erectam ęgri ceruicem intendēs, eum ſæpe vel intra quartam diem interimit. Quo morbo cum Parmenſis quidam Franciſcus nomine grauiter vrgeretur,& nos ad eũ vocati,hominē robuſtioris naturæ, & qui turgētibus venis faciē

etiam atque oculos rubicũdiores haberet, inſpiceremus, ſanguinem ſtatim ex ea vena, quam κεφαλικὴν Græci vocant, mitti iubeo. Tum parciori victu, hoc eſt, ſola aqua ex melle hominem cibãs, hyrcino atq; caprino oleo detonſum madefacio caput: ſupérq; impoſito pileo aluum etiam his medicamentis duco, quibus à capite ipſo ac cæteris ſuperioribus partibus deduci reſoluíque poſſit humor, qui huius mali cauſa fuerat. Ex quo ocyus affuit illi ſanitas q̃ mors affutura putabatur.

¶ Ex abſceſſu gulæ hominem penè iugulatum. CIIII.

ALiud quoque morbi genus circa fauces oriri conſueuit, & id interdum peſtiferum acutúmq;: quale in Alexãdro Serralio nuper vidimus, cui neq; rubor neq; tumor vllus intus in gula aut extrà oſtendebatur, ſed aridum corpus erat & ſqualidum. Cúmq; nihil omnino alimenti demitteret, ſed quicquid abſumeret ſtatim reiectans vix ſpiritum traheret, & vox adeò faucibus hæreret, vt ne mutire quidem poſſet, iugulari prorſus hominem putares, nos tamen & vrgentis morbi & ægri virium ratione habita, vtile & præſentaneum remedium duximus ſanguinem mittere: tum & cucurbitulis natibus affixis deducere humorem conati, frictionibus ſimul aliíſq; præſidijs quæcũq; extrinſecus hominem iuuare poterant tantiſper vtẽdum cenſuimus, donec ægri fauces detumeſcerẽt. Verùm vbi malum his omnibus auxilijs non modò cedere aut leuari, ſed in horas vehementius ac cõtumacius fieri aduertimus, omni abiecta ſpe ęgrũ tanq̃ proxima nocte moriturum, Deo & naturæ reliquimus. Hunc autem cũ aſſiſtentes, velut iã iam ſpiritũ exhalaturum, ſigno Crucis ex more in auroram vſq; ſingulis momentis conſignarẽt ac munirẽt, ecce ſtatim à ſummis ægri faucibus tam ingens ex adaperto intus abſceſſu purulentæ materiæ vis effertur, vt homine penè iugulato, catinulum, in quo recepta eſt, ad ſummum repleret labrũ. Qua expulſa, ſtatĩ reſumptus eſt ſpiritus, & ęger qui iam pro mortuo lugebatur, veluti ab inferis remeans, paulatim conualeſcere cœpit, donec integram conſequutus eſt ſanitatem.

¶ Vitio lienis curatus. CV.

LIenis vitio afficiuntur q̃ plurimi, horũ ſiniſtra pars tumẽs ac durior premẽti renititur. Quod ſi diu perſeuerat (nam interdũ perpetuum id malum eſt) tumeſcũt crura, & ſi vlcera præterea innaſcuntur, vix ſaneſcũt. Multos nos tali vitio affectos curauimus: inter quos vnum, quem, cum ſeptennio hoc morbo vexatus fruſtra multa cõſilia, ac penè infinita præſidia expertus fuiſſet, ſolo tandem cappari, qui tali ægritudini aptiſſimus cibus eſt, ſolaq; vi aquæ, in qua faber ferrarius ſæpe candẽs ferrum extinguit, annua potione liberauimus: tanta ſcilicet in eiuſmodi aqua contra hoc vitium ineſt vis atq; virtus. Vnde & compertum eſt, animalia quæ apud hos fabros educantur perquam exiguos habere lienes.

Morbo

¶Morbo cœliaco curatus. CVI.

IN ipſius ventriculi porta morbus innaſcitur, qui à Græcis κοιλιακὸς appellatur. Dureſcere ſub hoc venter ſolet, & torminibus premi, aluúsq; ipſa adeò nihil reddere, vt ne ſpiritus quidem in/frà, ſed nec ſuprà erumpere poſſit. Paulus pater meus haud me/diocris ingenij & doctrinæ vir, hoc morbo malè vexatus, cū diu multa ac varia auxilia ſed fruſtra expertus fuiſſet, clyſtere ex ſolo lacte condito in ventrem iniecto, ac multis ſubinde ſtrigmentis depoſitis, ad priſtinam re=uerſus eſt ſanitatem.

¶Ex tenuioris inteſtini morbo ſanatus. CVII.

IN tenuiori inteſtino acutus interdum & peſtifer oritur morbus, ex quo etiam ſupra vmbilicum intolerabiles excitantur dolores, nec ſpiritus vllus tranſmittitur, & non ſolum cibus ipſe, ſed ſter cus ipſum plærunq; per os redditur. Vomitus autem varius aut niger exiſtens, grauioris etiam odoris eſt. Tali igitur morbo adeò Lauren/tius amātiſſimus frater affectus eſt, vt cum neq; miſſio ſanguinis, neq; alui ductio, neq; aliud quoduis idoneum auxilium hoc malum frangere poſſet, materia tandem ad neruos prolapſa, in morbum incidit comitialem. Quo breui & in mortis diſcrimē adductus, cum triduò hoc habitu iacuiſſet, ni=hil omnino deguſtans, à medicis derelictus eſt. Verū die quarta, vbi pau/lulum reuiuiſcens vinū lambere occepit, reſumitur ſpiritus, & morbus pau latim vi naturæ propulſus, præſidijs cedit, donec tandem per Dei gratiam penitus ſublatus, hominem ſanum reliquit: quod nō prius tamen effecit, q̄ exactis quatuor menſibus, à die quo primùm ille huiuſcemodi affectus eſt morbo.

¶Morbo vuluæ inedia liberata eſt mulier. CVIII.

VExari vuluę morbis vt mulieribus commune, ita ſanè inauditum ſic vexari, vt patiens nullum cibi genus deuorare queat. In cœno=bio mōtis Cœlij monialem vidimus, quę cum huiuſmodi vuluę morbo grauiter affligaretur, ita prorſus quancunq; illi ſubminiſtraſſent eſcam faſtidiebat, vt quodam velut impetu æſtuātis ſtomachi eam ſtatim vt acceperat, vomitione propelleret: quod nos ab irreſolubili & craſſiori vē to, qui à vulua ipſa verſus ſtomachum ferretur fieri putantes, multa pro re ac tempore adhibuimus auxilia, quæ cum nihil omnino proficerent, & ad decimum ipſa iam diem ſola panis buccella (quod mirum eſt) vitam tra=duxiſſet, vi tandem inediæ deuicto ac penitus profligato morbo, ad priſti=nam reuerſa eſt mulier ſanitatem.

¶Aqua inter cutem eliſo vtero propellitur. CIX.

ACcidit interdum caſu & fortuna ſanari nonnullos, quos medicina curare non poteſt. Mulierem ſcimus, quę dum aqua inter cutē adeò

laboraret, vt nulla de ſalute eiꝰ ſupereſſet ſpes, neſcio quo ſpiritu impulſa, de eminenti quodam loco ad terram deuoluitur, & vtero ad lapidem eliſo diſiectoq́;, ita prorſus omnis effuſus eſt humor, vt quæ puerũ octimenſem geſtare videbatur, enixam crederes. Sed nec multo pòſt aut tempore aut labore idoneis ad hanc rem adhibitis præſidijs, penitus ſanata eſt mulier.

¶ Alapa mortuus. CX.

EXorta inter duos iuueneis lite, cum alter alterum extento brachio alapa percuſſiſſet, in morbũ ſtatim, quem ἀποπληξίαν Græci vocant, reſolutus vapulans, paucis etiam horis iugulatus interijt. Quare conuocatis medicis (in vinculis enim detinebatur reus) quæſitum eſt de cauſa mortis ipſius. Verùm alijs in ictum ipſum, quo materiam cõmotam fuiſſe putarẽt: alijs in humidiorem locũ, quo diutius obdormierat: nõnullis etiam in lautiorem victũ & potum pleniorem, quo dum vixit eſt vſus, huiuſmodi mali cauſam referentibus, indiſcuſſum apud præſidẽ remanſit iudicium. ¶ Nouimus item fullonem quendam nomine Petrum, qui vnico pugno ſtomacho cuiuſdam iuuenis violentius impetito, hominẽ interemit.

¶ Gemini pueri. CXI.

GEminos naſci nullus dubitat, ſed ita naſci, vt indiſtincti ſint, monſtruoſum. Mulier quædam Alexandra nomine ex Mediolanenſi agro Florentiam veniens, geminos mares queſtui ſpectandos dabat, quorum alter ĩteger toto corpore diſtinctiſq; membris erat, alter verò ita ſcapulis alterius iungebatur ventriculo, vt illò totum caput inieciſſe videretur: cætero verò corpore ab eo ſeiũctus, non ſecus illo de mammilla matris lac exugente mouebatur, ac ſi ipſe pariter ſugeret. ¶ Sed & ſub idẽ ferè tempus vidimus & alios geminos, qui ab humero ad plãtam pedis coierãt capite excepto, alter ſiniſtro, dextro alter vbi iũgebantur carebat brachio. Coxa, crus, & pes, vnus ac communis erat. Altera tamẽ corporis parte integra ſeiunctaq́ue, diſtinguebantur.

FINIS.


VNICVM · ARBVSTVM · NON ALIT DVOS ERITHACOS

1494.